

Symma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Succincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Agens De Rebvs Ecclesiæ Sacris, & profanis, earumque usu, acquisitione,
conservatione, & alienatione

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

Titulus IV. De Testamentis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61834](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61834)

potes^tas quædam dominativa propo^tionalis iurisdictioni, & tamen persona illa in honorem ecclesiasticum, & religio-
sum exempta est à potestate laicali. Si ac-
cedat violentia ipsi personæ adhibita, du-
plex Sacilegii species erit, una Canonis,
altera Bullæ C.D. Ita Fill. asperius, fortem
quā verius Angelus enim in V. Sacile-
gium & Silv. eod. & V. Immunitas n. 14.
læsionem quæ sit in bonis mobilibus, vel
immobilibus clericorum absque violatio-
ne personæ non nisi impropiè, seu largo

modo sacrilegium esse docēt. c. Quis quis
17. Q. 4. Nec obstat c. Qui rapit pecuniam,
ubi Sacrilegium facere dicitur, qui pecu-
niā, vel res ecclesiæ abstulerit. Nam
quod hic sacrilegium, in c. Qui Christi &
c. Qui abstulerit 12. Q. 2. homicidium ap-
pellatur, impropriè nimirum, seu largio-
re modo, uti Glo. indicat. Vnde lequitur
iniustam tributi exactionem furum aut
rapinam esse, restitutioni abnoxiam,
V. Az. I. l. 9. c. 27. Laym. l. 4.
Tr. 10. c. 7. n. 15.

TITULUS IV.

De Testamentis.

Non Reip. modò, & civium, sed
ecclesiæ, & sacerdotum hominum
permagni interest, ultimarum vo-
luntatū dispositionē, executionemq; rite
fieri, propter innumerās lites & iurgia,
quæ immodicæ cupiditates adferre sol-
ent. C. ad leg. Cornel. de falsis Valere ulti-
mā voluntatem tuam discedentes volunt,
eandem pervertere improbi. Crescit op-
bus audacia, iustitiam calliditas opprimit.
Non hæres, sed impostor succedit. Mul-
tis igitur cum civilibus, tum ecclesiasticis
legibus ultimarum voluntatum fida ex-
ecutio communita est, ut ex dicendis pate-
bit. Non possumus autem nisi per viam ci-
vitatis ad Ecclesiæ limen pervenire, nec
propria sine communib^s explicare.

V. Oldendorp. Tract. de exec.
ultim volunt. Tit. I.

* *

§. I.

Testamenti Conditio & Varietas.

I. **Q**uadruplex est ultimæ voluntatis
species. Testamentum, Codicil-
lus, Donatio causa mortis, & epistola Ve-
nerabilis. Huius hoc tempore nullus usus
est. De donatione mortis causa superius
egimus. Superest Testamentum, & Codici-
llus cum annexis. Testamentum, à testa-
tione mentis nostræ sic appellatum, est
Voluntatis nostræ iusta sententia de eo, quod
quis post mortem suam fieri velit. Inst. b. t.
I. ff. Quis testam. fac. poss. Dicitur 1. iusta
sententia voluntatis nostræ id est, dispositio
legitima, seu iuri conformis, interpres vo-
luntatis nostræ. Arque ita convenit cum
contractibus inter vivos. 2. De eo, quod
quis post mortem suam &c. quia quilibet
ultima

ultima voluntas refertur in tempus mortis, in que eo vim, ac robur suum obtinet. Vnde *Apostolus ad Hebr. 9. V. 16.* Vbi testamentum est, ibi mors testatoris intercedat, necesse est: testamentum enim in mortuis confirmatum est. Aliqui, ut definitio clarius sit, & excludantur aliae dispositiones, addendum censem. Cum directa heredis institutione: quod minime est necessarium, & undique perfectum, qualis explicetur, ut significet dispositionem solenrem, & undique perfectam, qualis in solo testamento reperitur. *Vallens. l. 3. Paratit. tt. 26. Melonius. Tit. 24. n. 1.*

II. Dux sunt Testamenti species. Nuncupativum, & clausum. Hoc etiam scriptum, seu in scriptis vocamus. Testator enim propria, vel aliena manu scriptum, septem testibus masculis, puberibus, liberis, ad id vocatis, aut rogatis, omnibus simul praesentibus ipsumque testatorem videntibus offert, profitendo esse suum testamentum: insuper ipse, si potest, sua manu eoram testibus testamento subscribit, vel aliis pro eo octavus testis, sive subscriptor adhibitus: postea septem reliqui testes uno eodemque continuato tempore subscribere, & proprio, vel alieno sigillo consignare debent: in uno omnes sigillo uti possunt. *l. In hac consultissima C. de testam. iun. §. sed cum paulatim ac. sequ. Institut. eod.* Si quis autem sua manu testamentum aut codicillum confecit, idque specialiter in scriptura expressit, opus non erit eiusdem, aut alterius pro eo subscriptione. Nuncupativum minori cum solennitate perficitur. Sufficit enim septem testes, quales modò descriplimus simul vocatis audire, & intelligere testatoris voluntatem, coram eis scripto, vel atti-

lata voce prolatam *l. cit. Consultissima §.* Per nuncupationem. Hodie tamen nuncupatio coram testibus a Notario publico in scripturam redigi solet, ad meliorem & certior probationem, & securitatem. Fieri enim potest, ut testes decedant, vel inhabiles reddantur; quem defectum rebellionis instrumentum abunde supplet, ut nulla insinuatione apud Iudicem opus sit. *DD. ad l. 2. C. Quemadmodum testam. aperiant.*

III. Dantur etiam testamenta privilegiata, in quibus vel nulla iuris civilis solennitas requiritur, vel minus perfecta, quam in aliis. Primum locum obtinent testamenta, & legata ad pias causas, quae nimicum principaliter, & directè fiunt ad honorem Dei vel alicuius Sancti, ad spirituali anima salutem, in lustrationem pauperum, redemptionem captivorum, dispensationem puellatum, ecclesiis, aliisque locis piis. *Tirag. de privil. pia causa init. Silvestr. V. Testamentum l. n. 7 Covar. e. 10. n. 12.* His testamentis proprium est, quod solo naturæ, & gentium iure substant, nullamque civilis iuris solennitatem exigunt. Nam quæ leges Imperatorum ab Ecclesia receperæ non sunt, nihil piis causis præjudicant. *c. si Imperator. c. Nunquam. dist. 96.* Vnde sequitur 1. Licet heredis institutione & declaratio nutu facta iure civili irrita censeatur *l. Nutu ff de legat.* tamen quoad pias causas tam testamentum, quam legatum valer, quounque signo externo fiat: quia iure gentium, & naturali plus non requiritur. *Coton. in Sum. Dian. V. Testam. num. 53.* Sequitur 2. valere quamcunque dispositionem ad causas pias, quæ manu testatoris scripta est etiam nullo teste adhibito, dummodò sufficenter constet esse testatoris manum, & scripturam: quia testium

testium præsentia non est de essentia testamenti, sed ad faciendam probationem aliis documentis deficientibus adhibetur. Quam ob rem Alexander III. in c. Relatum de testam. iudicibus mandat, quatenus si talis causa (super relictis ecclesiæ) ad eorum examen deducta sit, eam non secundum leges, sed secundum Decretorū statuta tractent, tribus aut duobus legitimis testibus requisitis sive mares, sive fæminæ fuerint quoniam scriptum est Deuter. 17. In ore duorum vel trium testium stet omne Verbum. 3. hæredem in conscientia obligatum esse, pia legata illis exhibere, quorum favore constituta sunt, quamvis in foro seculari probari nequeat, modò ipsis constent de voluntate testatoris: item cauſidicos peccare, qui in eiusmodi cauſis numerum testium, alias probations exigunt, quasi inter sacras, & profanas causas nulla differentia esset. 4. Si Parochus exhibeat chartam manu testatoris scriptam, aut dictatam, si duobus aut tribus testibus probetur, ipsius manum esse, aut voluntate exarata, credi posse, & quæ mandavit, legavitque ad piæ causas præstari debere. Soli autem parochi credendum non est, si solus excepterit voluntatem defuncti, sed maiori cautela utendum. Silv. V. Testam. §. 1. n. 7. Covar. legit. Zerela Par. I. n. 2. Barb. in c. Cum esset. de testam. Leff. c. 19 D. 3. Zypens in Enar. analyt. p. 192 No. Molanus c. fin. Tr. de piis testam. 167. privilegia piæ cauſæ enumerat, quæ Vide.

IV. Si contingat moriturum non posse absoluere testamentum inchoatum, irritum quidem censebitur quoad alia 1. Si is qui. ff. Qui testam. fac. post. sed valebit, valebit, quoad piæ legata. Et quamvis mu-

tare voluntatem suam testator potuerit, quia tamen re ipsa nullum mutatæ voluntatis indicium dedit, utrumque iure firmum esse debet, quod legavit, & constituit. Tus. chus Conclus. 115. & 316. Vasq. Tract. de testam. c. 2. Molina Disp. 134. Sanch. l. 4. consl. c. 1. D. 7. Tanner. D. 4. p. 7. dub. II. nn. 304. Tabienan. 5.

V. Similiter valida sunt testamenta, & legata, quamvis alterius arbitrio & dispositioni electio hæredis, & bonorum divisione committantur. V. g. hæres meus esto, ex Academicis ille, quem Titius designabit: hæredem volo illum esse, cui ex 12. Senatoribus deferendam esse hæreditatem Titius censuerit. Atque ita ex certis incertis à testatore nominatur, certus vero à commissario deligitur. Idem in legatis fiet. Lego tertiam bonorum meorum partem orphanis, & viduis, secundum electionem, & arbitrium Titii. Instituo hæredes bonorum meorum pauperes, quos Titius eligeret. Lego 100. aureos puellæ pro dote, si hæres meus voluerit. Quod si ita dixerit. Committo omnia bona mea arbitrio, aut dispositioni Titii. Titus enim hæres nomine tenus, totamque hæreditatem tenebitur in piæ causas distribuere. Cum tibi 13. de testam. ubi Innoc. III. Qui extremam voluntatem in alterius dispositionem committit, non videtur decidere intestatus, quia talis censemur testatus esse ad piæ causas, ut in Rubrica dicitur, & fusius §. 11. explicabitur. V. Vallens. l. 3. II. 26. §. 2. Fachin... s. c. 57. & 58.

VI. Testamenta, quæ inter filios à Patre, Matre, aliisque ex ascendentibus, maribus, aut fæminis conficiuntur, rata habentur, quamvis imperfæta sint, & iuris solennitate careant: 1. ult. C. famil. hercisa Dispo-

Dispositio custodiatur, etiā si solemnitate legum fuerit destituta. & *L. Consultissima C. de testam.* Ex imperfēcto testamento voluntatem tenere defuncti, nisi inter solos liberos à parentibus utriusque lexus habeatur, non volumus. Ratio videtur esse, quia liberorum per se favor magnus est, & decet omnimodam fraudis suspicionē à testamentis parentum procul abesse. Non tamen iis æquari hæc testamenta debent, quorum pia causa hæres est. In his enim nutus quoque testatoris attenditur, quod in aliis non sit. *Glo. c. Sitibi de test. Molina D. 136. in Clarus Q. 6. Schneidevvin in §. de solen. testam. Inst. de Testam. Melonius tt. 27.*

VII. Ad maiorem securitatem Iustinian. Imperator in *Auth de testam. imperfectis,* constituit, ut prædicta testamenta valida non sint, nisi tempus facti testamenti, nomina filiorum, & portiones, in quibus instituti essent, manu ipsius parentis in testamento scripta exprimerentur: vel si alius testamentum scriperat, subscriptio parentum, aut filiorum accessisset: quia verò in Authentica citata tellium non sit mentio, illos non requiri præsumitur. Vnde *Gaill l. 2. Obs. 112.* Schedula reperta in cista patris continens divisionem bonorum inter filios fidem facit, & servanda est, si manu patris scripta, vel subscripta fuerit. *Bald. Consil. 168. Casustalis est. l. 3. Alex. Consil. 176. Tusculus V. Testamentum conclus. 114. Melon. n. 6.*

VIII. Testamenta, quæ manu testatoris iuxta modum præced. num. indicatum, vel liberorum manu scripta fuerint, etiam quoad legata, fidei commissa, libertates, &c. extraneis relicta valent, ut expressè dicitur in *Authen. Instin.* Quod si testa-

mentum nuncupativum fuerit, secundum Constantini Imper. legem iudicandum erit, nimis ut, si liberis extranea persona mixta fuerit, quantum ad illam duntaxat, pro nullo habeatur, & liberis accrescat. Idem de piis causis non legitimus constitutum esse. *Boerius in Decis aureis Q. 14. Card. Tusculus Concl. 115. Sanch l. 4. Consil c. 1. D. 8. Iul. Clarus §. Testam. Q. 7. & 14.*

IX. Militum testamenta, quamdiu in expeditione bellicâ versantur, rata sunt, modò de voluntate testatoris constet. In vaginali, hastâ, clypeo, puluere scripta, signatae, modò eius rei duo testes sint, admittuntur. *I. Milites sun. Glo. V. sub ipso tempore. C. de testam. mil. Si tamen extra necessitatem in castris quisquam testari voluerit, duos testes adhibebit, qui illius voluntatem intelligent: quæque sic facta sunt, vel in expeditione, vel castris post missiōnem intra annum tantum valebunt. §. Hactenus Inst. de milit. testam. Eodem privilegio gaudent, quicunque in loco hostili deprehenditor, ibique decedit: ut quomodo cumque vult, & potest, sive in terra, sive in mari testetur. I. un. ff. de bo. poss l. 3. C. de testam. mil. Schneidevvin l. 2. Inst. tt. 11. Mynsing. ibid Melonius Tit. 28. dist. 3. & 4. Canis l. 3. tt. 10.*

X. Illis, qui ruri degunt, ubi plures quinque testibus haberi non possunt, condere licet testamentum, quod validum sit, testamentum dico tam scriptum, quam non scriptum, seu nuncupatorium *I. ul C. de testam.* Neque si literati desint, subscriptione testium opus est: secus, si inventi possint: modò si unus, vel duo tantum literati fuerint, debent hi pro aliis ignorantibus, præsentibus tamen, & testatoris

R. r. volun-

§. I. DE CONDITIONIB. TESTAM.

voluntate in cognoscitibus subscribere. Molina Disp. 127. Melonius Tit. 29. Celer de cef. 35 nro. 4. Tuscbus Concl. 122. & 123. ubi valere solo nutu factum tradit, cum inter filios vel ad priam causam disponitur.

XI. Denique ratum habetur testamentum, coram Principe supremo factum oblatu illi in bello, in quo voluntas ultima descripta sit, nulla alia solennitate exhibita. *Omnium C. de testam. Tholos. I. 41. Syn. tagm. c. 3 n. 8.* Addunt aliqui, quocunque modo constiterit testamentum, aliamve dispositionem ultimam insinuantem esse coram Principe, nullam testium solennitatem requiri, quia aetate iudicat testium presentiam supplet, ut habetur lege citata *Omnium. Iul. clarus. §. Testam. Q. 56. V. antepen. Molina Disp. 129. Tanner. D. 4. Q. 8. D. 11. n. 303.*

XII. De testamento tempore peccatis confecto variant sententiae. Benignior illorum est, qui pauciores septem testibus sufficere putant, cum plures facile haberí nequeunt: & ratio suffragari videtur. Sed quia legum auctoritas in eiusmodi causis praevaleat, dicendum censeo, eiusmodi testamenta valida non esse, quantumlibet illis favere & quitas videatur. Neque obstar illud. Necessest legem non habet, quia is modus argumentandi, nullum effectum habet, quando in contrarium leges actum irritantes producuntur. *Instas.* An saltem in fato conscientiae valeant eiusmodi testamenta, quibus communis iuris solennitas decet? Valeat ratio persuader, quia humani iuris dispositio non tollit obligationem naturalem, sed negat actionem forensem, quando prescripta solennitas decet. Atqui secundum ius naturale sufficienti duo testes: in modo quemadmodum in

donatione nullus testis requiritur, & sufficit abesse fraudem metum que, nec dubiam esse donatoris mentem, sic in ultima voluntate morientis, si conscientiam species, sufficit, ea ubi satis cognitam esse, ut vel tibi vel aliis reliqua capere possis. Favet huic resolutioni *I. efsi inutiliter 2. C. de fideicom.* ubi Antonius Imperator sanxit non posse per te repeti fideicommissum relictum a defuncto inutiliter (id est, in Scriptura minus solenni) si tu sciens voluntatem defuncti, cuius es haeres illud prestitisti. Subdit rationem. Quia non ex ea sola Scripturā, sed ex conscientia relata fideicommissi defuncti voluntati sufficiunt esse videtur. *Fachin. I. 5. c. 92. Vsq. c. 3. D. 1. Vallens. I. 3. II. 26. §. 2. Melonius Tit. 31.* Formulam testamentorum invenies ap. *Schneidev. I. 2. Inst. II. 10.* Modum in nostra hinc Orientali Franciā ubatum in *Ordinat. provinc. Par. 3. II. 40.*

§. II.

De iis, qui testamentum condere possunt.

I. **A**d testandum inhabiles alios Naturam facit, alios Lex. De numero variant Doctores. *Angelus.* eumque securus *Silvester, Rosella & Tabiena* 19 genera personarum numerant. *Cataneus* 14. His multo antiquior *Azo* in Summā sua 13. tantum. Alii sexdecim his Versibus includunt.

Testari nequeunt, impubes, religiosus Filius, in sacris, morte damnatus, & obses,
Prodigus, ac stolidus, dubius, servus, furiosus.

Crimine

Crimine damnatus, cum muto Surdus,
& ille,
Qui maiestatem laetit. sic cecus & ipse.
II. Excluduntur igitur i. impuberis, an-
no etatis 12. vel 14. nondum completo.
Institut. Quib mod. snt fin. & l. Qua estate
ff de testam. Sufficit tamen, si ultimum
diem inchoaverint, licet alias de momen-
to ad momentum computari soleat. l. 3.
ff. de minori. 2. Religiosi, qui solenniter
professi sunt, quia nullius rei dominium
habent. c. Non dicatis 12. Q. 1. Az. 1. 12. c.
6 Q. 4. & 5. Suar III. de relig. l. 8. c. 16. 3. Fi-
lii familias, qui in potestate patris sunt:
quamvis enim hic permitteret, non valebit
testamentum etiam de adventiis &
prospectiis bonis, quia testamentum ex
libero testantis arbitrio, non alieno pro-
cedere debet. l. qui in potestate ff. de te-
stam. l. illa institutio ff. de hared. inst. de
castris tamen & quasi castr. liberè
disponunt. 4. Beneficiati. Quamvis enim
de patrimonialibus licite disponant; de
reditibus ecclesiæ non permittantur te-
stari c. 9. de testam. Indigent ea propter
dispensatione, vel communi, per consue-
tudinem approbatam licentia, quam in
sua quilibet diœcesi consulat. Nav. de re-
dit. q. 1. Pias eccl. Par. 2. c. 5. c. f. Guterrius l. 1.
q. 11. 4. V. qua dix. in P. 1 tt. 2. §. 4. num. 11.
5. Damnatus morte, id est, ad mortem, pu-
ta, naturalem, vel civilem, quamvis effu-
git manum Iudicis. Leius ff. eod. Secus, si
ad minorem pœnam mutilationis V. g.
condemnetur. V. Vesenbec. in l. 28. Pand. tt.
1. De damnatis ad perpetuum carcere, si
laici sint idem affirmat Panorm. Angelus
& alii. De clericis vero dubitant. Mitior
opinio est, posse testari sic detentos, ve-
rior non posse, quia revera inter motuos

computantur. V. Silvestr. §. 1. n. 3. 6. Ob-
sides. intellige de Christianis apud infide-
les & è contra non autem de illis qui dan-
tur de civitate in civitatem. l. Obsides ff.
cod. 7. Prodigi, quibus à iudice bonorum
administratio interdicta est: §. Item pro-
digus Institut. Quib non est permisus. Sed id,
quod ante fecit ratum est. Quid verò, si
iniusta interdictio sit? Non valere quidam
arbitratur, si prodigus non est. Argum. l.
Scia ff. de tut. & curatorib. datis his &c.
alii malunt validam, quia licet contra ius
litigatoris, non tamè contra ius legis facta
sit. l. 1 ff. Qua sententia sine appell resind.
Adde, quod nihilominus inter liberos te-
stamentum condere possit. Bald conf. 235.
8. Stultus & furiosus. Quid enim magis ad
certā voluntatis nostræ demonstrationē,
quam sanè mentis status requiritur? l. fu-
riosum C. qui test. fa. po. Si autē per id tem-
pus testamentum fecerint, quo furor eo-
rum intermissus est, iure testari esse viden-
tur. §. Praterea Institut. Quibus non est. 9.
Dubius. an scilicet in eo statu sit, in quo te-
stari posset nec ne l. de statu ff. cod. ut si à
prædonibus captus, dubitat an sit servus,
an liber l. 1. ff. de leg. l. 10. Servus. c. illud
13 Q. 2 l. filius ff. eod. 11. Crimine damna-
tus, intellige famoso, & cui iure annexa
pœna, ut si libellum in alterius iniuriam
scripsit: quia per id infamis efficitur. l. is
cui § si quis ob crimen. ff. eod. Bartolus, &
alii communiter ex alia causa infames non
prohiberi à testamento faciendo tradit.
Nec obstat, quod infames privati sunt a-
ctibus legitimis, quia non privatur illis,
qui respiciunt privatam utilitatem. Nihil
ominus testari prohibetur, quise ab hæ-
ticis iterum baptizari permittit l. fin C Ne
sanctum baptismasteretur. Item, qui ince-

Nas nuptias contraxit l. Si quis incepit C. de
ince. nupt. 12. Cum muto surdus. Qui ni-
mitum omnino loqui & audire nō potest
non veð, qui tardè, & præposterdè, aut qui
difficulter audit. S. Item Surdus inf. quib.
Eccl. 13. Qui maiestatem lætit; & perduel-
lionis reus. I si quis. I fin. C. ad legem Iuliam
maiest. Horum namque bona fisco addi-
cuntur, ut hæretorum quoque, quamvis
ante latam sententiam possessionem reti-
neant. 14. Denique Ceci, qui veroque lu-
mine orbati sunt, non possunt testamentū
facere, nisi per observationem, id est, ut
coram septem testibus, & tabellione, vel
alio loco eius, dilucidè voluntatem suam
declarent, & omnia in scriptis referantur.
S. Cæcus autem, inf. Quib. non est. Eccl. 1.
Hac consultissima C. de testam. Excipe nisi
inter liberos vel ad pias causas testatur.
Tunc enim duo testes sufficiunt. Schneid.
4. I. 2. inf. tt. Melonius Tit. 30. nn. 2. Eccl. 3.
Rolandinus Rubr. 2. Vafqu. de testam. c. 1.
9. 5. Less. c. 19. D. 4.

III His annumerant ex Summis plerique
Hæreticos, excommunicatos, Usur-
arios, & eos, qui Cardinalem hostiliter per-
sequuntur: sed certis incerta miscent, quæ
potius secernenda sunt. Nam i. quod hæ-
reticos attinet, quamdiu occulti sunt, vel
non dū declarati tales, testamenti cōdendi
sunt retinunt, sed post sententiam declara-
toriam, (non condemnatoriam) infames
sunt, & intestabiles, etiam si ad pias causas
testentur, vel inter liberos: neque licet co-
dicio, vel alio modo disponere. Quin e-
tiam si ante sententiā fecerit testamentū,
ad diem patrati criminis retrotrahitur sē-
tentia, & testamentū perinde accipitur,
ac si post sententiam confectum esset, ut
pluribus confimat Barb. in c. Excommu-

nicamus de heret. De excommunicatis fa-
tetur Sylv. l. n. 3. hodie communē opinio-
nem esse quod testari possint, quamvis ali-
qui olim aliter senserint. Fachin. l. 5. c. 88.
Non enim pari cum deportatis iure habé-
di sunt. V. Avilam Par. 2. c. 6. Disp. 6. Usu-
rarii manifesti testamentum nō absolute
sed cum conditione reiicitur c. Quanquam
de Usuris in 6. si cautionē de restitutione:
non præstiterit. Eodē modo donatio cau-
sa mortis valida, vel invalida est. c. cit. V.
bi N O T A I. non sufficere nudam cau-
sionem, sed requiri pignora, aut fidei usores,
ut ex Glo. monet l. Cl. Clarus de testam. q. 26.
2. prædictam cautionem esse necessariam
pro illis quoque, qui Usuram exercit
desierunt: fieri enim potest, ut quis usuram
non exercet, & tamen Usurarius maneat,
& bona aliena possideat. Si tamen con-
statet iniuste pars restituisse, ac desisse, à
testamenti iure arceri non posset. Less. c.
20. D. 22. Barb. in c. Quanquam citatum.
Socinus consil. 127. l. 3. l. Cl. citato
qui num 3. ulterius querit. Si non præsta
cautione conditum ab Usurario testame-
ntum sit, præsteratur verò post confectionē,
nam inde reconvalescat? Negant equidē
non pauci ex Reg. 18. Iuris in 6. Quod ab
initio non subsistit, non firmatur trādu
temporis: probabilius tamen videbitur re-
convalescere & fictione quadam retro-
trahi, quasi ab initio cauio adhibita es-
set. Felinus in c. Cūm dilectus nu. 3. de ac-
cus. De eius in l. Quod initio n. 12 ff de Reg.
In Covarr. in c. 3. post num. 9 l. 3. Va-
riar.

Postremò quod de persecutoribus
Cardinalium additur, intestabiles esse ad
num. 11. de criminis damnatis pertinet.
Nam c. Felicis de pén. in 6. quicunque
Cardina-

Cardinalem hostiliter inscucus fuerit, percosserit, aut ceperit, vel socius fuerit faciens, aut fieri mandavit, vel factum ratum habuerit & reus criminis læsa maiestatis declaratur, perpetuo infamis, diffidatus, bannitus, & intestabilis: ita ut nec testamenti liberam habeat factio nem, nec ad alicujus bona ex testamen to, vel ab intestato vocetur, quatenus ab omni successione repulsus, publicave re pulsa confusus minus inveniat suæ mai estit successorem. Card. Lugo D. 24. Sess. 4. num. 69.

IV. Ex prædictis multi ne quidem ad pia causa testari possunt, velut i. mente apti. 2. impuberes. 3. filius fam. nisi de bonis castris, & si aliorum quoconque modo dominium, vel administrationem habet, de quo multa Silvester n. 4. in unumque partem 4. prodigus post inter dictum. 5. Usurarius ante restitutionem, vel cautionem. 6. damnatus ad mortem naturalem, vel civilem, postquam publicata sunt bona; inde testamentum prius factum rumpitur securâ damnatione. 7. Hereticus juxta eundem proclsum. De nique servus, captivus, religiosus, & qui conque dominio honorum, vel administratione caret. De dubio quoad statum suum esse dubium indicat Silvester, quod consideratione & favore pia causa non difficulter tollitur; maximè quia in contrarium nihil à jure constitutum legitimus. *ad Clarus §. Testam q. 4. Bald. in l. 1. C. de Sac. of. Ecc. Armilla Tabiena. Regnald. l. 25. n. 62. 4. Tuschus Conclus. 104. & 105.*

V. Qui quemquam à testamento faciendo imped erit, retraxerit, aut prohibuerit, ejus hæres esse non potest: & si institutus tali dolo fuerit, actionibus ipsi

negatis fiscus occupabit. *l. 1. & 2. ff. si quis aliquem testari prohibuerit aut coegerit. l. eos C. eod. ubi ita statuitur. Eos, qui ne testamentum ordinaretur, impedimento fuisse monstrantur, velut indignas personas à successionis compendio removeri, celeberrimi juris est. Rationem Regula 38. Iuris in 6. suggerit. Ex eo non debet quis fructum consequi, quod nifus est impugnare. Nam & qui testamentum falsum dixerit, ex eo legatum sperare non debet. Dynus ibi, Vivianus, & Petkius. Zypas l. 3. Respons. 2. Tanner. III Disp. 4. q. 7. Dub. 11. n. 309. Menoch. Casu 395. Præter ademptionem hæreditatis arbitrariā pœna docet puniri posse.*

§. III.

De idoneis testibus.

I. **Q**uoniam necessarii ad testamentum, ne reprobatur, testes sunt, iisque integri, probatiq; dilectum testator adhibebit, & non oportet c. si hereticus 2. q. aff. 7. Censentur autem conditione, natura, & vita. Conditione, si liber, non servus. Natura, si vir, non femina. Vita, si inno. ens, & integer sit. Quod si vita bona defuerit, fide caret. *c. Testimoniana de testib. & c. i. de accusat. Admittendi igitur iunt, qui conque jure non prohibentur. Nam edictum de testibus prohibitorum est certarum personarum, & permissionis regulæ. Quilibet enim admittitur, nisi prohibeatur. Lancelotus l. 3. rr. 14. Schneidervin. in 5. Testes institut. de testam. Rolandus de Testament. Rubr 35. Melonius Tit. 26.*

Rr 3

II. Psc

II. Præ aliis testium numero feminæ excluduntur. Quamvis enim in judiciis subinde etiam criminalibus audiantur secundum Jus Civile, non verò secundum Canones l. ex eo ff de testib. non tamen in testamento l. qui testamento ff. qui testam fac poss. non solum ob judicij inconstantiam, quæ insanabilis reputatur, sed quia juris publici, à quo testamenti confessio est, communionem non habet: adde fraudes & pericula, quæ quoad fieri potest, summo studio ab ultimis voluntatibus arcenda sunt. Quam ob rem à Jure Canonico etiam excludi videntur à profanis. Clarus §. Testam q. 55. Excipe testamentum patris inter liberos. l. hac consultissimā §. ex imperfecto C. de testam. Item militis stantis, & testantis in acie, ubi testes non debent esse rogati, & utробique neglecta juris civilis solennitate de qua in §. i. juris gentium favor attenditur, qui habita voluntate, non attendit solennitatem.

III. An verò ad testamenta pia admitti debeant, non una omnium opinio est. Opponitur c. Relatum &c. Cum effe de testam. ubi requiruntur duo legitimi testes, qualis nō est fæmina. l. quia testamento §. eum qui V. Mulieri ff. de testam. l. Consul-tissima Cœod. §. Testes Instit. eod. Ratio est timor falsitatis, ut ibid. Glossa notat, quem pia causa non videtur purgare sat. Nihilominus eadem Glossa communem opinionem admittere in testamentis adpias causas adfirmat. Melius diceret communionem. Sicenim res habet, & probabilius est, cum in contrarium in Jure nihil expressè definitum sit, probantque post antiquiores, Angelus, Silv. Rosella, Armilla, Bonacina, Zerola, part. i. V.

Testam num. 2. ambos testes esse feminas posse Sanchez l. 4. Consil. c. 1. dub. 5. Schnedevin. lo. citato. A quibus omnibus dissentit Vallensis §. 7. num. 5. non contemnendis rationibus. Nam 1. In c. relatum de testam. requiruntur duo legitimi testes, qualis in testamento non est mulier. 2. Licit in eo sap. derogetur solennitati Juris, quoad numerum testium, non inventur tamen correctum Jus Civile, quo ad habilitatem, ac proinde servandum est. l. Sancimus C. de appell. 3. Eadem mentis infirmitas, ob quam ab aliis testamenti excluditur semina etiam. Hic valet. 4. si in solenni testamento ubi. 7. testes requiruntur, non possit cum aliis adhiberi, quo in casu tamen numerus aliorum facile suppleret illius fragilitatem. l. si quæ ex argentiariis §. 1. ff. de edendo. multo minus in testamento adpias causas, in quomodo minor numerus testium exigitur. Hinc opinio negativa videtur satis probabili reddi. Video tamen responderi posse: in hisce testamentis jure prælumi feminas per se in pietatem & misericordiam pronas fragilitatem suam ardore mentis superaturas, & eò minus periculi esse quo ad fraudem quo major animi propensio est in charitatem.

IV. Quamvis Codicilli appellatione testamenti veniant, vel ipsius aliqua pars esse videantur, Glossa ult. ff. de testam. pati feminas tamen inter testes probata sententia est. Glossa in l. fin. V. quinque C. de Codicilli. Sanch. l. 4. Consil. c. 1. D. 12. Et sufficere videtur, quod Codicillus propriè non est testamentum. Nam si idem essent, cur diversum in his instrumentis, ait Rolandus 330. vocabulum mādaretur, quæ vit, ac potestas una sociasset. C. de Codicilli l. si idem

¶ idem iur. Gloss. Adde plures differentias, de quibus latius in §. sequenti dicemus.

V. Idonei testes non sunt impubes, servus, furiosus, mutus, surdus, & prodigus, interdictus, item scriptus haeres, & qui eidem, vel testatori ratione patriæ potestatis conjunctus est. §. in testibus 9. & §. seq. Instit. de testam. ordinando. Admititur autem speciali jure legatarius, & fiduciocommissarius singularis, eorumque filii puberes, & alii in potestate existentes §. Legatarius autem Instit. eod. Neque per hoc in propria causa testimonium ferunt, sed ad confirmationem testamenti principaliter adsunt, cui annexum est, quod in illorum cedit utilitatem. Azor. Ill. 13. c. 28. Cardin. Lugo Diff. 24. Sect. 1.

VI. Quod religiosi, & fratres minores in testamento testes assistere possint, etiam absque licentia Praefati sui concedit Bald. in I. C. de sacros Eccl. & in Arib. ingressio. tit. 1a. son. quoque in I. Hæc consultissima C. de testam. Gomez. verò limitat in I. 3. Taurinum. 28. ut licentia Superioris necessaria sit in testamento, in scriptis tempore testamenti, in nuncupativo autem tempore dispositionis. Clarus hoc te q. 55. n. 7. Guido Papa Decis. 517. Vassq. & I. §. 3. Dub. n. 1. Roder. Tom. III. q. 71. art. 2.

VII. Ad extremum omnis, qui à Jure in judicio prohibetur esse testis, prohibetur quoque in testamento adhiberi. Item quoscunque lex propter flagitia & impietatem suam intestabilis facit ad testificandum non admittuntur. Cum enim quis intestabilis jubetur esse, eo pertinet, ne ejus testimonium recipiatur, & eo amplius, ut quidam putant, neve ipsi dicatur testimonium. I. 26. ff. qui test. fac poss. I. 4. C. de hereticis. Notas bono-

rum testium non nemo comprehendit in his Versiculis.

Conditio, sexus, etas, discretio fama.

Et fortuna, fides, in testibus ista requires.

V. Panorm. in c. cum nuncius de testibus & Barb. eod. titulo. Schneidev. l. 2. Instit. tt. 10. §. Testes. Armilla. V. Testam. n. 8.

VIII. Quando vir & uxor, vel alii duos simul testamentum condunt, non opus est duplicato numero testium, & dupliciti solennitate, quia singuli in utroque testamento subscribunt, & testificantur. Burgos. S. anchez apud Card. Lugo Diff. 24. sect. 1. num. 11. VVesenbec. in l. 28. Pandectas num. 13. Possunt etiam duo in eadem charta testamentum facere, seque mutuo instituere; quamvis id de raro contingentibus esse videatur. Clarus q. 60.

S. IV.

De Codicillis.

I. **C**odicillus dicitur, quasi parvus codex, seu libellus aut scriptura ultimam voluntatem continens absque directa hæreditis institutione. Tholof. l. 43. c. 1. num. 3. A testamento differt duobus modis. Primo, quia non sit ad instituendum hæredem (nisi interdum ex privilegio, uti militibus licet) sed ad aliquid in testamento mutandum, addendum, vel demendum, vel ad faciendam fideicommissariam institutionem. Secundo, in codicillo sufficiunt quinque testes etiam non rogati, inter quos mulieres quoque admittuntur, cum in testamento solenni sepiem requirantur, siue rogati, masculi tamum, & puberes. Hinc sit, ut si testator significet, se velle dispositionem suam

§. III. DE TESTIBVS REQVISITIS.

315

Quam valere meliori modo , quo potest, eam vim Codicillus habeat, ut etiam si testamentum defectu solennitatis non valeat, quā testamentum , id est, quoad institutionem hæredis directam, valeat ramen, quā Codicillus. Unde ulterius sequitur 1. ut legata tali testamento inserta sit solvenda. 2. si testator & ratiō instituat hæredem extraneum , institutio illa directa habebit vim Substitutionis fideicommissariæ. Nam frater , vel alius, qui ab intestato succedit , obligatur illi tradere hæreditatem retentā solum illius quartā parte , quā vocatur Trebellianica. 3. si testator liberos habeat, illis cedet legirima tantum ; reliqua omnia extraneus hæres capiet. Tholos. lo. cit. Melonius Tit. 33. Molina Disp. 131. Rolandin. de Codicill. §. in quibus Tanner. D. 4. quest. 8. Dub. 21. num. 298.

II. Codicillus ad similitudinem testamenti duplíciter fieri potest. Primo per scripturam adhibitis quinque testibus, qui subscríbant nomina sua etiam absque sigillis. Secundo per nuncupationem sine scripto, si testator voluntatem suam declaret coram quinque testibus, quamvis illa postmodum scripto concipiatur. Quod ad hæredem & legata , differentia hæc est: Hæredem testator proprio ore saltem ad interrogationem alterius nominare debet l. Iubemus C. de testam. At legata solo puto constitui possunt , si morbo impeditus testator articulatè loqui nequeat. l. nutruff. de legatis. VVesenbec. in l. 29. Pandect. et. 7. num. 6. & 7. A. Zor. l. 6. Rubr. 7. Tanner. D. 4. quest. 8. Dub. 21. Franc. Marcus Decis. 319. Tuscbus V. Concl. 404.

III. Unus an plures codicilli hanc, non intereat, modo contrarii non sint : alias posterior priorem tollit. l. Divi §. Codicillos ff eod l. Cum proponatis C. eod. Duo autem testamenta simul non consistunt: posterior enim semper expungit prius, modò legitimè factum sit , etiam cum nemo ex illo hæres existet , vel quia renuit institutus , vel quia vivo testator decessit: quo in eventu hæredes ab intestato proximi vocantur §. posteriore in. sit. quibus modis testam. inservientur. l. 3. C. de Codic. Tholos l. 43. 6. l. n. 13.

IV. Quemadmodum Codicillus cum testamento, ita sine illo fieri potest. Aliquando antecedit testamentum, aliquando sequitur : aliquando simul jungitur. §. Non tantum Institut. de Codicillus. l. conficiuntur ff eod. Si nullum testamentum factum sit, ejus loco erit codicillus obligans hæredem ab intestato etiam posthumum l. ab intestato ff. eod. Posthumus autem in testamento neglectus irrexit reddit testamentum , in quo sui nulla mentio fit. l. 1. C. eod. Si autē clausula verbis futuri temporis addita est, posthumus saltem in genere purantur nominati, & fidei omnissimum operatur retenta sola legitima, non Trebellianica Card. Tuscbus V. clausula Codicillaris. Conclus. 292.

V. Si testator dicat quidem velle testamentum condere, non adhibeat ramen necessariam solennitatem , manifestum est, nihil operari: si tamen clausulam codicillarem addat expresse velatitatem. Si hæc dispositio non valeat ut testamentum , valeat eo modo, quo valere potest, valebit, ut codicillus, modo nihil requisitum desit l. 1. ff. eod. l. ult. §. illud quoque

De Hæredibus.

quaque C. eod. Si prædicta clausula absit, præsumptioni locus est, & ex illa judicandum, velit, nec ne, dispositionem suam, ut codicillum acceptari. Præsumitur autem si testator juramento vel à se præstato, vel ab hærede præstando confirmarit, ut serventur omnia, quæ in testamento continentur. Juramentum enim censetur efficaciam esse, ut actus, qui eo modo, quo factus est, non valet, valeat eo, quo potest. 2. si persona, cui prævidit testator, filius sit, vel alia persona multiūm dilecta, quia magus amor aruit propensam voluntatem, adeoque præsumptionem operatur clausula Codicillaris. 3. Idem de piâ causâ præsumi potest. Layman. l. 3. tract. 5. c. 8. Tanner. D. 4. q. 8. Dub. x. n. 302. Tuschus l. cit. & v. Testamentum Concl. 90. & 114.

VI. Si prædicta omnia locum non habeant, ita ut neque adjecta sit clausula, neque præsumpta existimetur, testatoris dilpositio cassa & inanis est, non acceptanda, neque ut testamentum, neque ut codicillus, quamvis nihil eorum desideretur quæ adhiberi in codicillis solent l. 1. ff. de Codicilliis & l. ult. C. eod. quia non entis, nullus effectus est. Sunt autem adiuncta omnia & circumstantiae non levii intuitu inspicienda, ut testatoris in

certa voluntas exploretur. Specul. in
tt. de Instrument. edit. §. V. fo. de
impugnat. testam. Roland.
in Rubr. s. Connarus
l. 9. c. 6.

**

I. Hæredum genera tria sunt 1. Alii qui enim ita proximè defunctum languine contingunt, ut reputentur una persona, quemadmodum filii & uxori. 2. Aliqui ab intestato succedunt, uti fratres, & nepotes. 3. sunt extranei, qui à testatore nominantur, & instituuntur. Ex prioribus alii vocantur sui, & legitimi, filii scilicet & reliqui descendentes. Alii legitimi tantum, qui in defunctu præcedentium ab intestato succedunt, ut agnati & propinqui. Qui verò hæredes scribuntur, sive in totâ, sive in parte hæreditatis, testamentarii hæredes appellantur: Legatarii verò, quibus aliqua portio relinquitur. Extraneos vocamus, qui testatoris potestati non sunt subjecti: substitutos, qui hæredi legitimis, si non velit, aut non possit, substituuntur. Hæres commissarius est, cui per fiduciam commissum à defuncto hæreditas relicta est, ut eam instituto hæredi tradat. Hæres necessarius est servus, cui defunctus hæreditatem relinquit, ut, si vendi pro debitis necessè sit, servi nomine vendatur, ad removendam ignominiam. V. Connarus l. 10 c. 5. Denique anomalous hæres dicitur, qui sine certa qualitate est, vel qui planè extraneus: & succedit hæredo non exequente voluntatem defuncti: vel cui addicuntur bona defuncti causâ conservandarum libertatum. VVesenber. in f. l. 28. num. 5. In speculo Saxonico hæredum accelerationis mentio fit, Vulgo Sohn Erben. illi scilicet, qui quando hæreditatem

S s

neque

neq; frater, neq; Soror adit, in pari cognitionis gradu se existere probant, & quam hæreditatis portionem accipiunt. Nomen à verbo Germanico *Sehen* derivatum videtur, quia hæreditatem adeunt descendendo nidermarq; Gehendt. *Spigel. Lexic. Tholos. l. 40. Syntagm c 35. Roland. Rubrica l. n. 1. & seq.*

II. Suus Patis hæres propriè vocatur, proximus descendens, & in potestate defuncti tempore mortis existens: cui annumerandi postumi, per subsequens matrimonium legitimati, vel per oblationem ad Curiam. *Instit. de hæreditatib. qua ab intestato. §. Intestatorum, & seq. sui hæredis, & patris una persona centetur, quoad honorum successionem, adeò ut antequā adeat hæredatatem eorum dominium acquirat, motiensque ad quoscunque hæredes non fecus, atque alia bona & iura sua transmittat Quod privilegium etiam filio religionem professo, & episcopo competit, quamvis patria potestate egressi censeantur. Gomez l. 1. n. 9. Mol. Disp. 129. Silv. V. Hæreditas §. 1. n. 1. Nihilominus hæreditatem sibi cestenus debitam, si non se immiscuit, repudiare potest: ita ut nihil in eam iuris retineat, aut Dominij. Sanch. de matr. l. 6 D. 4. n. 8. Less. c. 6. D. 13. Quicunque his inferior, non suus hæres reputatur, nec prius dominium hæreditatis obtinet, quam ad ea profiendo se hæredem esse velle. §. ult. *Inst. de hæredum qualitate. licet nihil dum ex bonis apprehenderit. Conceditur vero illi unius anni spatium à notitia delata hæreditatis, ut de acceptanda, vel repudianda deliberet: intra quod si moriatur ius suum in hæredes transmittit. l. Cūm in antiquiorib. C. de iure delib. Hæreditas nondum adita iacere dicitur:**

Vacare, cūm nullus legitimus hæres adest. Dandus autem iacenti curator est ad petitionem creditorum, vel ex officio ladicis l. 2. ff. de curatore bonis dando. Hoc si negligatur iudicium contra iacentem hæreditatem institutum nullum erit. Gaill. l. 2 ob. 130. & 152. Tholos l. 42. c. 35. Laym. l. 3. tr. 5. c. 6. Tusclus V. Sutas. §. 82. & sequ.

No. Si pater filium nolit hæredem instituere, ex hæredare debet causa, ob quam, scripto inserta. Sunt autem ex hæredandi cause 14. his versibus inclusæ.

*Bis septem ex causis ex hæredes filius esto.
Si patrem feriat, si maledicat ei.
Carcere conclusum si negligat, ac furiosum.*

*Criminis accuset, vel paret insidias,
Si dederit gravia illi damna, nec hoste redemit,
Testar prohibet, vel dat arena locum.
Si pravos sequitur, vel amat genitor amicam,*

Non orthodoxus, filia quando coit.

V. Roland. de testam. Rubr. 14. n. 13. Melonius Tit. 25. num. 1.

NOTA. Ut ex hæredatio vim & effectum habeat, ipsa ex hæredandi causa, ea que legitima & vera testamento inserenda est: alias à filio per querelam in officiis rumpetur, quemadmodum pluribus explicat *Insl. clarus § de testam. Q. 40. VII. senbec l. ff. 28. Tit. 2. num. 5. Treutler. Vol. n. Disp. 13. n. 10.*

III. Hæredes institui possunt, quicunque specialiter non prohibentur: nec singuli tantum, sed plures, imò Communitas quoque & Collegia. Nec obstat amentia, vel alius corporis defectus. L. 1. C. de sarcos. eccles. *V. senbec. lo. cit. n. 4. Gomez.*

to 1. c. 2. Prohibentur autem 1. Communias ludorum l. 1. C. de Indais. 2. Collegium etum priuata auctoritate l. Collegia §. in summa ff. de illic. colleg l. Collegium C. de heredib. instit. Excipe Collegia, vel Congregationes, que pietatis intuitu constituta sunt. l. 1. ff. cod. 3. Deportatus vel ad metallum damnatus l. 3. ff. de his, que pro non scriptis habentur & l. 1. C. de institu. hered. l. si in metallum ff. de his qui pro non scriptis. 4. Hæretici & Apostatae. l. Manichaos. l. ult. C. de heredib. l. 3. de A. post. cod. 5. Spurii, seu nati ex damnato & punibili coitu. Auth. licet C. de natur. lib. Auth. Quib. modis naturales. Si similiter parentes non succedunt in bonis Spurii. Auth. Quib. modis. Avus tamen deficiente prole legitima Spurium hæredem instituere potest, non tamen intuitu patris. Gaill. l. 2. Obs. 88. Roland. Rubr. 19. Ab aliis item non ascendentibus institui possunt spurij: imò succedere possunt ab intestato fratribus, aliisque consanguineis uterini. Si uterini non sint, sed diversa matre nati, non consentit habere cognitionem inter se & cum aliis cognatis Patris, quoad bonorum successionem: idque etiam in naturalibus & legitimatis locum habet. Auth. quib. mo. natural. §. filium vero. Tholos l. 42. Syntagm. c. 35. Tanner. D. 4. Q. 7. Dub. 11. 6. Qui Natales filii secundum Ius civile (cui non resistit Canonum) ab intestato succedunt patri in duabus uncisi, id est, extâ parte totius hæreditatis, ex quibus Matri iuperstiti portio utilis debetur. Auth. quib. mod. nat. off. legit. §. si quis autem defunctus. & c. liberi 22. Q. 4. modò filii legitimi desint, vel legitima uxor. Quamvis enim uxor non succedit in bonis mariti, tacit tamen, ne natu-

ræles capere, aut succedere possint. Auth. liceat Patri. C. de nat. lib. Si contingat filios vel nepotes legitimos superesse, non nisi uncia tribuetur naturalibus, & illorum Matri. Si nihil reliquerit Pater, in nulla parte succedent: ali tamen à legitimis debent. Matri verò cum legitimis succedunt, etiam si ipsa sit illustris. Denique si Pater non habeat filios, vel nepotes, vel descendentes, habeat tamen ascendentes, illis assignata legitima potest naturales instituere etiam in totum. Si autem & ascendentis legitimis desint, naturales in solidum licet in stituere. AZ. l. 5. Rubr. 27. Molina Disp. 166. Silv. V. Filii n. 3. Treubl. Tom. II. Disp. 16. n. 3. Pati iure quemadmodum filii naturales succedunt parentibus, ita parentes filiis succedunt, ut pati pietas servetur. Si tamen alicubi concubinatus non permittitur iuxta Auth. de Lenon & Auth. Scenicas eadem naturalium, & Spuriorum conditio erit. AZ. II. l. 2. c. 8. Sanchez l. 4. Consil. c. 3. c. 16. & seq. 6. Testatorem qui occidit, hæreditate privandus est, saltem per iudicis sententiam, ut fisco defecatur. Clarus. V. Homicidium n. 22. Nav. l. 4. consil. l. 7. Qui Cardinalem persequitur, percutit, vel capit. c. Felicis. de pénis in 6. Denique quicunque ob crimen aliquod est intestabilis activè (hoc est inhabilis ad testamentum faciendum) etiam passivè intestabilis est, ut neque hæres esse possit, neque aliquid ex testamento capere. Silv. V. Hæreditas §. 1. n. 2. Armilla. n. 26. Layman. l. 3. tr. 5. c. 5. n. 1. Eiff. c. 19. Dub. 5

IV. Religiosi etiam profensi hæredes institui possunt, & succedere ab intestato, dum modò Religio aut monasterium dominii bonorum capax sit. Clem. Exiri. V. Quia igitur de verb sign. Nav. Comm. 2. de

*Regular. nū. 50. Sanchez l.7. Moral. D. 12.
Rodrig. To. II. Q. 78. art. 1. Less. c. 41. Dub.
II E contrario, quia bona immobilia non
recipiunt Minores de Obscur. & Capucci-
ni, hæreditatis incapaces sunt (respectu
personarum, quæ professæ) ita ut ipsi ac-
q[ua]rant ius ad bona immobilia, & teneant
ad onera defuncti. Alias in favorem il-
lorum relinqui potest hæreditas, ut per e-
xecutores vendatur: iisque pretium detur
pro necessariis ad viatum, vestitum, fabri-
cam, & similia, ut fusè declarat. *Rodrig.*
To. II. Q. 127 Tholos l. 42. c 35. n. 15. Roland.
*Rab. 21. n. 15. Laym lo. cit. Silv. V. Hæredi-
tas §; n. 2. Armilla n. 8.**

V. Societas Iesu professi, & Coadiu-
tore formati omnis hæreditaria successio
nē incapaces sunt p. 6. *Conſt. c. 5. nū. 4.*
quod tamen *VV adingus disp. 4. d. 5. § 4.* ad
ſucessione m ab intestato restringit. Domus professa autem, & ecclesæ licet re-
ditus stabiles admittite nequeant, quo-
rum dispensatio penes ipsam Societatem
fit. *Conſt. Par. 6. c. 2. nū. 12.* nihil obstat ta-
men, quo minus institui hæredes queant,
ita, ut bona immobilia non retineant, sed
vendant, & prerium in usus suos conver-
tant; nisi forte sit domus vel hortus, ad ha-
bitationem necessariam, aut recreatio-
nem opportunus. *Mol. D. 195. Sanch. l. 7.
Mor. c 27. n. 15. Laym l. 3. tr. 5. c. 5. V. Com-
pend. privil. Soc. no. V. Bona. V. Commu-
tatio, & V alienatio.* Quid verò, inquis, si le-
geretur aliquid domui professæ, quo ipsa nō
indiget? Si non addatur conditio repug-
nans paupertati Societatis, acceptari po-
test. Non indiget modo? indigebit ali-
quando. Possunt enim ad breve tempus
retineri bona alias vendenda, ne subita-
neā venditio cum damno fiat. *Inſtas.* Si
adiecat sūt conditio repugnans an propte-

rea legatum, vel donatio ita sit? Dico
non fore ita sit, sed conditionem adie-
ctam pro nulla haberi ex præsumptione,
quia testator in causis piis censetur omni
modo bene facere voluisse indigenibus,
& si scivisset vitium conditionis, minimè
appotuisset. *Suar. 4. de Relig. l. 4. c. 9. Ro-
deric. Tomo II. Q. 126. & 127. art. 1. & se-
quentibus. Laym. L. 3. Tract. 5. c 6. n. 6.*

VI. Professi Societatis Iesu & Coadiu-
tores formati recipere possunt prius
aliquid legatum, cuius tamen liberam di-
positionem, & usum non habeant. Nam
eo modo, quo domus ipsa, & Societas, ca-
paces & incapaces personæ sunt. Quo-
modo autem Societas pia legata admittere
queat, paulò ante dictum est. Ignotus
contingat Petri vel Pauli intuitu legati oī
quid, valebit donatio, & recipiatur eo
modo, quo Regula, vel Constitutiones
permittunt. *Suar. lo. cit. Laym. l. 3. tr. 5. c 5. n. 5.*

VII. Quærunt aliqui, Vtra paupertas
maior sit Fratum Minorum, an Societa-
tis Iesu? Resolutio est, habere se, ut excede-
dens, & excessum. Minorum paupertas
excedit in eo, quod nullius rei immobili-
aut mobilis dominium admittat, nec in
particulari nec in communī: item, quod
non habeat ullam actionem ad bona sibi
relicta, neque hæres institui potest, at So-
cietas Domus professæ habent aliquarum
rerum dominium in communī; puta
mobilium, & immobiliū, quæ ad habi-
tationem, vel recreationem sunt necessa-
ria, aut valde convenientia: item ad res
quaslibet sibi relictas actionem. Denique
hæredes institui possunt ut nū. 4. explica-
tum. Exceditur verò FF. Minorum pa-
upertas i. quia ecclesia illorum capax est le-
gati annui ad cultum divinum, & recipere
potest

potest stipendium pro Missa, concionibus, & aliis ministeriis, quæ Societati minime licent. Suarez. 4. de Relig. l. 4. c. 9.

VIII. Hæreditas generatim loquendo, duobus modis aditur Verbo, & facto. Verbo, ut si dixeris, *Volo adire hæreditatem. Vel, Iam nunc adeo. I. A via C. de iure deliberandi.* Facto, cum quis se ut hæredem gerit, faciendo actum aliquem, qui non nisi ab hærede fieri solet, cuiusmodi est satisfacere ex hæreditate creditoribus, inhabitare domum hæreditariam cum familia sua, & sim. Adde, quod etiam adiisse præsumitur, qui ad deliberandum dato tempore intra illud, neque adit hæreditatem, neque expressè renunciat. Hæc autem renunciatio similiter unico verbo fieri potest. Sed, factam renunciationem semel, licet postea revertatur: Distinguere si minor est, potest per restitutionem integrum. *I fin. C. de repud. her.* Si ut maiorem, & extraneus, non admittitur amplius. *I. Sicut C. eod. si autem suos hæres & bona hæreditaria sunt in statu, quo fuerint tempore repudiationis, licet terra dare infra triennium. Distractis bonis nulla spes revocandi imperebit. I fin. C. de repud. her. VVesenb. in l. 2. Inst. tt. 19 cfin.*

IX. Portio legitima hæreditibus debita triple est. Una retento communione nomine Legitima appellatur: altera Falcidia à tribunopl. Falcidio: tertia Trebellianica à Trebello Maximo, quia ipso Consule à Senatu instituta est. Legitima simpliciter sumitur ex bonis parentum, deducto aere alieno, & funeris impensa. Debetur secundum Legistas filiis iure naturali, & pro alimentis computatur: Mortuis filiis ad nepotes legitime natos devo- luitur. Hoc tempore, si tres vel qua-

tuor filii sint, triens, seu tertia pars bonorum est: si plures, semissis seu dimidia. Iure Franconico autem duas tertiae sunt legitima filiorum. Ordinat provinc. Par. 3. tt. 28. Falcidia debetur iure institutionis, & est quarta pars totius hæreditatis, quam ut suppleat deficientibus aliis bonis hæres demit ex singulis legatis. *Auct. similiter C. ad leg. Falcid.* Imò fieri posse aliquando, ut filius duas quatas ex hæreditate detrahatur, Rolandinus tradit in Rubrica 29. nn. 2. Neque ex legatis tantum, sed etiam fideicommissis particularibus, donationibus causâ mortis: denique mortis capione, id est, omni eo, quod occasione mortis perceptum est. *I. ff. de legatis l. si mortis. C. eod. Trebellianica itidem quarta hæreditatis pars est, quam ubi retinet hæres institutus ea conditione, ut si decebat sine liberis alteri hæreditatem restituat. §. sed quia Inst. de fideicom. hered. Mynsing. in §. seq. quia Inst. de fideicom. her. Gaill l. 2. obs. 38 Tholos l. 42 Synt. c. 34. Roland Rub. 17.*

X. Falcid'a non detrahitur in legatis ad pias causas relictis. *Auct. Similiter. C. ad Falcid.* Si tamen ecclesia, vel plus locus institutus hæres, detrahatur Falcidia de legatis relictis alteri ecclesiæ, vel pio loco: quia currit privilegium cum privilegio, & sic ad ius commune regredimur. Idem de Trebellianica ius esto, ut in legatis ad pias causas non decerpatur. *Tholos l. 42. Synt. c. 34. Comitol l. 7. Q 10. n. 3. Silvestr. V. Portio legitima. n. 9 & seq. & V. Legatum §. 4. n. 6. Gaill l. 2. Obs. 119.* Piæterea non detrahitur. 1. quando testator sciens quantitatem bonorum suorum prohibuit. *Auct. sed cum testator C. ad l. falcid.* In dubio autem præsumitur novisse. 2. non detrahitur ex legato reliquo cum perpetua ina-

Ss 3 lenabi-

§. V. DE HÆREDITATIBVS.

326

lienabilitate. *Auct. sed in eare. C. eod 3. neque ex legato libertatis, vel ad libertatem.* §. ul. *Inst. de le. Falc. 4.* quando alicui legatur Scriptura de te, cuius legatarius iam erat dominus. *I. prædiorum. ad le. Falc. 5.* quando hæres habita notitia virium hæreditatis soluit initio quibusdam integræ legata: tunc enim nil alii demere potest, nisi fortè per errorem maiores, qui revera sint, putaverit vires hæreditatis esse. Rursum in pœnam prohibetur Falcidiam detrahere in hisce tribus casibus. 1. quando nō confecit inventarium secundum formam, & tempus præscriptum. 2. quando monitus à iudice intra annum nō est execulus voluntatem testatoris. 3. quando negavit, vel subtraxit quipiam de substantia hæreditatis §. *Hinc nobis. Versus sanctimus & v. si verò non. Nihilominus, quia ad hanc pœnam non tenetur, nisi post sententiam Iudicis, si culpa & fraude caret, detrahere falcidiam, & retinere poterit Mol. D. 213. Rolandin. in Rubr. 29. Mynsing. in §. cum autem Inst. hoc. tt. Schneidevvin. ib. in §. finalis. Card. Lugo D. 24. S. 12. §. 1.*

XI. Inventarii confectio, quam leges hæredi præcipiunt *Auct. de hæred. §. Falcidia, intra 3. menses cùm res prælentes sunt, cum vero absentes, intra annum faciendam.* Franc. Marcus Pa. 1. Qu. 25, iure Canonico non est necessaria. Vbicunque enim ius civile in præsumptione fundatum est, ab Ecclesia non agnoscitur, adeoque nullam in conscientia obligationem patit. Posito igitur, hæredem in foro conscientiæ (ubi reo fides debetur) certum esse, quod bona fide egerit, non tantum detrahere falcidiam poterit, sed insuper ab omni alio onere, quod iure civili imponitur, solitus erit. Card. Lugo disp. 24.

Secc. 8. §. 5. VVesenb. in l. 2. Inst. tt. 19. Rolandin. Rubrica 29. n. 18. Franc. Porcellinus de Inventar. c. 2. Guido Papa decis. 57.

XII. Intra tempus conficiendi inventarii, non potest hæres in iudicio conveniri à creditoribus regulariter; ipse vero alios convenire potest, præsertim debitos, non tamen ante tempus deliberandi. *Speculat tt. de actore §. 1. Versus quod est hæres. Cogit vero potest intra prædictum inventarii tempus processum defunctori, vel reassumere, vel repudiare Pro hoc autem mensis illi ad deliberandum conceditur, nisi debitum hæreditarium ex nova conventione cum illo eslet renovatum. Botrini in Decis. 53. Angel. Consil. 31. Decisi Consil. 96. Melonius Tit. 39. Disp. 5.*

XIII. Quod alias obligationes atinet, licet regulariter ad hæredem transire contractus. *Gaill l. 2. obf. 2. nn. 10. Lugo D. 23. S. 6. n. 100.* non tenetur tamen pro delicto, vel quasi delicto testatoris defuncti, nec contra illum actio datur, nisi in delictis propter quæ ipso facto pœna lege constituta est, ut patet in criminis hæreti, & læsa maiestatis. Tunc enim contra hæredem agitur, non ut puniatur, sed urbana, quæ in commissum ceciderunt, filio inferatur *I. commiss ff. de publicanis. c. 2. de præscript. l. 6. Boerius Decisione 57.* Tenerit præterea in duobus casibus. Primo, filius contestata sit cum defuncto. *I un. C. ex delictis defunctor. Secundo.* Si aliquid pervenit ad hæredem ex delicto defuncti, Addit *Bartolus.* quandocumque de damni satisfactione agitur, contra hæredem procedi, ut secundum vitæ hæreditatis satisficiat. *c. Tuano de Vsur. c. Parochia no de sepulturis.* (Si fama à defuncto lexit, nec aliter compensari, quam pecunia queat,

queat hoc onus hæredi incumbere censem.
Comitolum l. 4. Q. 42. secutus opinionem
quorundam Theologorum probabilem,
de qua re alibi fusiūs. Devotis similiter in
proprio loco. Nunc sufficiat dixisse, realia
ab hærede complenda esse, personalia
non posse. Vasq. c. 9. §. 3. dub. 5. Silv. V. Hæ-
reditas III. Sayrusl. 10. Tr. 6. c. 7. Armilla,
V. Hæred n. 14. Cūm plures hæredes sunt,
non tenetur in solidum quilibet, ad sol-
luenda debita, sed (nisi aliter disponatur)
pro rata, seu portione sua. Baldus Consil.
378. Boerius decis. 57. I. pro hæredar. C. de
act hæred. Excipe 1. nisi obligatio indivi-
dua sit in execuc. ff. de verb. signif. 2. nisi
filius legatum ad hon. Dei & SS. vel rei pol-
licita l. 1. §. si quis ff. bac. pollie. 3. nisi de-
functi bona tacitè hypothecata sint debiti-
tibus. Tabiena V. Hæred n. 6.

XIII. Præterito vel exclusio hæredis
legitimè testamentum irritum reddit, & in
officium appellatur, quia in eo officium
debitum, & benevolentia negligitur.
Quocirca solis legitimis hæredibus potes-
tas datur à centum vitis petendi, ut illud
rescissum velint, ubique hæreditatem ad-
judicari. Vnde hærediatis petitio. I. si
qui 34. C. de inof. testam. Idem ius datur
filii naturalibus, & spuriis, cūm præte-
reuntur à Matre, & aliis per lineam ma-
ternam ascendentibus. V. Schneidevorn.
l. 3. Inst. tt. 1. Tholosan. l. 42. c. 20. & l. 46.
c. 7. Mynsing. Decade 2. Responso 12. etiam
hæredis hæredi. I. Veluti. ff. de hæreditatis
petitione V. Vesenb. l. 2. tt. 17. Superest suc-
cessio ab intestato, quæ paucis ex-
pedienda, ne ab instituto
nostro deviemus.

§. VI.

De successione ab intestato.

I. In testamento mori dicitur, qui vel nul-
lum, vel illegitimum testamentum
condidit, vel si quod legitimè factum e-
rat, amissum, roptum, aut abolitum fuerit.
Item, si quidem legitimè factum fuit testa-
mentum, sed nullus ex eo hæres existit: vel
institutus non vult adire hæreditatem.
Denique quando filius, qui succederet,
exhæredatus est, sed post mortem Patis
proposita querelâ in officio testamenti,
per sententiam testamentum rescinditur.
V. Vesenb. l. 3. Inst. tt. 1.

II. Tres ordines seu gradus sunt ab in-
testato succendentium, ad quos omnes ca-
sus referri possunt. 1. descendentiū, in
quo liberi, nepotes, &c. 2. Ascendentiū,
in quo Pater, avus & similes. 3. collatera-
lium, in quo Fratres & sorores. Prætereæ
filiorum 6 species numerantur, à Glo. in c.
Tanta. Quis filii sunt legit. & in c. liberi 32.
q. 4. hoc ordine 1. sunt filii spirituales. 2.
naturales, & legitimi simul. 3. legitimi
tanum 4. naturales tanum. 5. Spurii seu
vulgò quæstii. 6. nati ex damnato concu-
bitu. Silv. V. Filii. 1. ad tria genera revo-
cat. Alii enim sunt naturales, & non legiti-
mi: alii legitimi, & non naturales: alii
denique legitimi, & naturales simul. Sed
prior divisio hoc loco commodior est.
Secundum quam notatu digna sunt, quæ
sequuntur.

III. In successione ab intestato primi
sunt legitimi liberi, mares, aut feminæ, se-
cundum æqualem portionem. Horum lo-
co post mortem nepotes succedunt in stir-
pes,

pes, hoc est, omnes simul accipiunt eam partem, quæ debebatur ei, cuius personam repræsentant. 2. Cùm nulli descendenti supersunt, venit mater, & pater defuncti, & his deficientibus avi, & avia. Nov. 118. Coll 9. 3. si cum patre, aut matre, avo, vel avia sint fratres, aut sorores utraque ex parte conjuncti, succedent æqualiter, sive in capita. 4. post descendentes si defecerint, succedunt fratres, & sorores, ex utraque parte conjuncti æqualiter, & illos excludunt, qui ex solo patre, vel sola matre conjuncti sunt. Auth. superiorius citata. 5. si quis ex fratribus, aut sororibus utrimque conjunctis mortaus liberos reliquerit, ii loco parentis sui succedent cum patribus in stirpes. Si autem omnes mortui fuerint, eorum liberi (exclusis patribus una tantum parte conjunctis) non in stirpes, sed capita succedere debent, juxta Caroli V. constitutionem in Com. Spirens. editam Ann. 1529. 6. Deficientibus simul fratribus, & sororibus utrimque conjunctis, eorumque legitimis liberis, veniunt fratres, & sorores ex una tantum parte conjuncti, cum hoc discrimine tamen, ut qui ex parte patris conjuncti sunt, succedant in bonis à patre venientibus, & qui ex parte matris, in bonis à matre provenientibus: in reliquis vero bonis æqualiter omnes. Gloss. in cito. Auth. Molin. D. 164. 7. Cùm fratres & sorores, eorumque filii deficiunt, succedunt proximiores collaterales usque ad decimum gradum, numerando cum legistis. Succedunt, dico, in capita, nec interest, utrumque an singulariter tantum conjuncti sint. Auth. de hered ab intestato. c. 3. §. si vero neque fratres Covar. in Epito. de succ. 8. Hæredibus in linea

transversali usque ad decimum gradum sublati venit conjux defuncti, nullo divorcio separata l. un ff. & C. Vnde vir & uxor. Si contigerit nupisse sine dote, marito mortuo, & consanguineos hæredes qualescumque relinquenti succedit uxor, si pauper est, in quarta bonorum parte, & tali adhibita moderatione, ut si liberi ex defuncto adsint, ad ipsam solus susfructus, quamdiu vivit, pertineat; deinde, si plures, quam tres filii sint, ipsa cum eis in capita succedat. Auth. de exhibitu rei. §. quoniam vero. Auth. præterea C. unde vir & uxor. Similis ratio est, si uxor ante maritum inopem decedat. 9. Mulier secundò nubens susceptis ex priore marito liberis, quicquid ab illo quacunque donatione, aut testamento accepit, iisdem liberis conservare, & relinquare debet, omni alienatione penitus interdicta l. femina C. de secund. nupt. Parimodo maritus accepta ab uxore bona servare liberis ex ea susceptis debet l. Generat. C. eod. Si autem vir, aut mulier secundò non nuplerit, bona à conjugi suo allata, excepto lucro ex dote & donatione propter nuptias, arbitrio suo alienare, vel consumere potest: si tamen non alienarint, vendicare sibi poterunt liberi, quamvis hæreditatem adire non possint. Auth. Hæres. iun. §. seq. & Auth. uxor mortua C. eod. Ad extremum nullo hæreditatem adeunte, vel appetente, juris permisso, & auctoritate Fiscus succedens, non ut hæres, sed ut successor universalis, quod nemo o caput, rapit. l. 1. & 4. C. de bon. vacantibus. nisi consortes cum excludant. Nam Decurioni intestato succedit Curia, naviculario Corpus naviculariorum. Et his quidem legibus in Imperio

perio Romano vivitur: alias alia regna sequentur: nec in feudalibus locum habent Melonius Tit. 43. & 36.

IV. Quod verò Clericorum bona attinget, si quis legitimos filios ante Clericorum, & sacros Ordines genuit, in bonis patrimonialibus, & propria industria partis, primi hæredes erunt. Post illos parentes unà cum fratribus, & sororibus ex utroque latere conjunctis. His deficientibus tertio loco venient collaterales secundum gradus prærogativam usque ad decimum gradum. Denique sublatis omnibus succedit Ecclesia, vel altare, cui servivit. c. 1. 12. q. 5. & ibid. Gloss. Silv. V. Hæreditas s. 1. n. 6. Valens. l. 3. tr. 27. §. un. 6. In bonis Ecclesie intuitu partis Collegium Clericorum, vel ipsius Clerici Successor, si is bona separatim extra Collegium possidebat, uti Episcopus, Parochus, & simil. succedit c. relatum 12. q. 1. s. fin. de off. Ordin. in 6. Reduanus. de spoliis Eccl. q. 9. Denique hic singulorum Episcopatum consuetudo attendenda est.

V. Successioni seu hæreditati futuræ pacto in favorem tertii inito, non licet renunciare, nec ullius roboris est, si renuncatio fiat: dummodo juramento non firmerur. Hæreditas enim nec patris dari, nec auferri potest, absque grave periculo, & damno communitatibus, & singulorum civium, quibus avertendis ita sanctum est. I. qui superstitis ff de acquib. bured. I. ult. de suis & legitimis heredibus eod. I. si quando §. illud C. de tnoff. testam. Covarr. in c. quamvis pactum. par. 3. Mol. tract. 2. Tom. 3. Disp. 579. num. 11. Sancb. l. 4. Conf. c. 1. D. 34. & passim DD. in l. hæreditas. C. de pactis, & conventionis. Melonius Tit. 37. Excipe 1. nisi quis in ipso actu testandi iuri suo re-

nunciet, vel confessio j̄m testamento, sui præteritionem in ipso factam approbet, l. non putavit §. si quis suā manu ff de bonor posse con. tabulas. Gomez l. 1. c. 11. Raynaldus de testam. §. 2. num. 2. Molin. D. 175. Excipe 2. nisi filius, qui legitimus, & sūus hæres est, vivente patre, quotam sibi debitam integrè accepit. Tunc enim reliquæ hæreditati renunciare potest. Barbos. in add. Gloss. ad l. si quando C. de in off. testam. clarus quest. 44. Abb. Vol. 2. conf. 116.

DIX! dummodo juramento non firmetur. Hoc enim cùm de opere per se lictio sit, nec animæ exitium, nec proximo dampnum inferat, violari non debet. c. in his diff. 11. c. 1. de Cler. non resūd. in 6. & l. Cùm quis decedens. ff. de legat. III. Sanchez lo. cit. Lef. c. 17. D. 7. num. 56.

VI. Similiter irrita est omnis conventio, vel pactio de aliquibus viventis hæreditate: ut si quam speras, Sempronii hæreditatem, donares, aut venderes Cajo: idque propter insidias, quæ patantur ejus viræ, super cuius bonis pactū initur. I. ult. C. de pactis Franc. Marcus Decis. 136. n. 2. Excipe 1. Nisi consentiat, & persistat usque ad mortem in eo consensu Sempronius. 2. nisi pactum fiat indefinite, circa personam incertam, aut de bonis particularibus Tunc enim periculum insidiarum, de quo paulo antea cessat. Vivius in V. pactum. 3. nisi conventio fiat in favorem alicujus Communitatibus, aut Collegi, ut si Monasterio S. Petri dones hæreditatem tibi obvenutram. Sic enim idem periculum avertitur. Quod enim Collegio datur, cùm singulorum non sit, quasi nemini datur juxta Gloss. in c. cùm venisset V. Tenebat de restitut. spoliat. Et naturale vitium est negligenter, quod communiter

Tt ter

ter possidetur. *J. 2. C. quando, & quib. quart. pars. Matheyllan. de Success. art. 3. n. ult. Laym. l. 3. tract. 5. c. 7. Melonius Tit. 35. n. 16. Tusclus. Concl. 13. & 14. Sanchez. l. 4. Consil. 6. 1. D. 3. 4. V. infra Tit. VI. §. 1. n. 8.*

§. VII.

De substitutione.

I. Substituere dicitur testator, cum unius loco hæreditis alium designat; quod directè, & indirectè fieri potest. Directa substitutio est, quādo sine Ministerio instituti hæreditas sub conditione defertur substituto. Ex. gr. Institutio Cajum hæredem, si is vel noluerit, vel non potuerit, esto Sempronius. Item si testator filium impuberem in suā potestate constitutum, & post mortem suam in alterius potestatem non casurum hæredem instituat, eīque alium substituat, sub conditione, si ante annos pubertatis decedat, ut habetur. *Instit. de vulg. & pupill. substit. Decius in l. In testamento C. de testam. mil. Substitutio indirecta, seu fideicommissaria dicitur, quando hæreditas substituto transcribitur mediante hæredē, cui testator conditionem præscribit, quā non impletā hæreditatem vel totam, vel illius partem aliquam substituto relinquere debet, indequē fideicommissarius appellatur. Hæres tamen ita gravatus postquam hæreditatem adiit, supra legitimam sibi debitam, quartam partem sumere potest, quæ vocatur Trebellianica. §. sed quia stipulationes: Instit. de fideicommiss. hæred. Testator vicissim prohibere potest, ne Trebellianica decerpatur. Auth. sed cū testator. C. ad l. F. a. id. Excipe, nisi tam hæ-*

res institutus, quād fideicommissarius, aut legatarius pia causa sit. Tunc enim detractioni locus non est; quia parium privilegiorum concursus ad jus communem remittit. *Schneidey. l. 2. Inst. tit. 15. Connan. l. 10. c. 7. Gomez. l. 1. c. 3. Less. c. 19. dub. 2.*

II. Vulgaris substitutio definitur secundi hæreditis in locum primi non aequaliter hæreditatem institutio, quā à quolibet de populo, idoneo tamen, & cuiilibet capaci, vulgaribus, apertis, & communiter usitatis verbis fit. Unde illi nomen *Vulgaris*. Exempl. gr. Antonius hæres meus esto, & si is hæres meus non erit, Vincentius esto *ff. de hæred. instit. l. 1. Gomez. l. cit. c. 3.* Duplex est, expressa, & tacita. Expressa verbis negativis fit. *Si Titius hæres non erit, Cajus esto.* In tacita negotio subauditur, & verbis affirmativis perficitur, ut si duos hæredes instituam, deinde faciam substitutionem hoc modo. Titius, & Cajus invicem hæredes instituo: vel uter duorum Titius, aut Cajus vixerit meus hæres esto. Huic substitutioni peculiare est, ut semper aditā hæreditate expiret. *l. post aditam C. de impub. & al. substit. l. quamdiu ff. de acquir. hæred. Less. l. cit. D. 7. Tusclus. Concl. 8. 11.*

III. Substitutione pupillaris est, cū pater filii impuberibus in potestate sua constitutis, attributa hæreditate, alium hæredem substituit, eamque substitutionem intra tempus pubertatis costrat. Exempl. gr. Titius filius meus impubes hæres esto, & si hæres non erit, vel erit, & intra pupillarem etatem descesserit, Cajus hæres esto. Sic differt à Vulgari; quæ, ut diximus n. præc. adiuta hæreditate extinguitur: hæc autem non finitur, licet adita sit, modò ante pu-

bertati-

heritatem hæres moriatur. Finitur autem completa pubertate. In hac substitutione quod patri licet, matri & avo materno non permittitur, nec impuberi filio quemquam substituere possunt, quia in potestate non habent. Pater autem, & avus, in eius potestate pupillus est, extraneum, quemcunq; voluerit, substituere potest, etiam nullo matris ratione habita. *I. preci-
fu. C. de impub. & al subst.* *Ratio*, quia per predictam substitutionem substitutus patri potius, quam in puberi filio suc-
dere videretur. *I. patris & filii ff. de vulg. &
pup subst.* Ut autem marrem impuberis, seu uxorem suam pater instituat, nullo jure cautum est. Unde si filius patre mor-
tuus etiam decebat ante pubertatem, ma-
ter ad successionem non admittitur. Idem in foro conscientiæ licitum esse de-
fendit. *Mol. Diff. 184. §. His ita constitutis.*
*Lugd. cit. n. 146. Roland. Rubr. 22. n. 1. VVe-
senbec in ff. l. 28. ff. 6.*

IV. Ex pupillari substitutione nasci-
tur exemplaris, sic dicta, quia ad illius
imitationem consicitur. Nam ut patri
permittitur, filio in puberi substituere
hæredem, ita etiam liberis amentibus,
turdis simul, & mutis, quamdiu in tali
statu manent; quia non magis idonei
sunt ad disponendum de bonis suis,
quam impuberis. Idem de prodigo di-
cendum, cui bonorum administratio
sublata est. *Roland. Rubr. 25. Fumeus in tratt.
de subst.*

V. Substitutio reciproca, seu brevi-
loqua vocatur, in qua plures hæredes
minati sibi invicem substituuntur. Ver-
bigratia. Instituo Titium, & Cajum hæ-
redes meos, eosque invicem substituo.
Ita fieri potest in omnibus prædictis sub-

stitutionibus vulgari, pupillari, exem-
plari, & fideicommissaria: idque vel ex-
presè, in testamento, vel virtute in co-
dicio continente substitutionem dire-
ctam pro fideicommissaria secundum
Gloss. receptam. Institut. de Vulg. subst. V.
*In testamento. Bartol. in l. Luciu ff. cod. An-
gel. in §. si plures institut. de Vulg. subst.*
*Tuscbus Conclus. 826. & sequ. qui etiam
de substitutione piæ causæ nonnulla
subdit non contemnanda. Conclus. 831.
& 832.*

VI. Reperitur etiam substitutio compendiola, quæ plures in se continent, se-
cundum diversa tempora, & ætates hæ-
redum. Nam si pater testamentum ita
concipiat. Instituo filium meum hære-
dem, eique, quandocunque mortuus
fuerit, substituo Titium, tunc, si filius
hæreditatem non adit, Titius succedet,
quasi substitutione vulgari: si vero hæ-
res extiterit, sed intra annos pubertatis
decesserit, admittetur Titius ex pupilla-
ri: si autem post pubertatem obierit, suc-
cedet ex fideicommissariâ, detracta tamē
simul & Trebellianica, & legitima. *Panor.
in c. Raynut. Rol. Rubr. 26. Less. 19. D. 7. n. 86.*

VII. Nota, inter vivos quoque inter-
venire posse quasi fideicommissariam ex
pacto, ut si rem alicui dones, ea condi-
tione, ut post certum tempus, aut even-
tu aliquo tradat alteri. Quod cum sit, res
vinculata dicitur, quia alienari à posses-
sore non potest. Donatur tamen, cum
res adhuc integra est, & tertius ille, cu-
jus favore facta dispositio est appositum
gravamen removere possunt. Ejusmodi
fideicommissa autem, cum per ultimas
voluntates relinquuntur, innumeratas tri-
cas, & incômoda pariunt. *Thol. l. 42. c. 29.*

Tt 2 VHL

VIII. Caius hæres iubetur sub condicione, si absque liberis decedat, hæreditatem seio relinquere: idem postea in monasterio professionem edit, utri hæreditas cedet. Seio, an monasterio? Monasterium præferendum videtur, quod filii loco succedat. c. In presentia de probationibus. Sed hoc fictione iuris nititur, ac proinde ultra casus in iure expressos extendi non debet. Igitur.

R. Si exadiunctis colligere probabiliter licet, mentem testatoris esse, ut substitutus monasterio præferatur, non monasterio, sed substituto cedent bona. Est autem sufficiens argumentum, si talia bona sint, quæ expediatur, non venire in alienas manus, sed intra certam familiam permanere. Si vero compertum fuerit, deberit substituto, illis nihilominus monasterium cui poterit, quamdiu professus vivit. Monasterium enim alias eulmodi bonorum, & successionis capax in omnia bona professi succedit. Autb. Ingressi. C. de sacros. eccl. Cum ergo professus habeatus fruendi prædictis bonis ad dies vitæ suæ, eius loco monasterium accipiet, & utetur, donec vivere professus definat. Si autem monasterium successionis incapax est, statim peracta professione ad substitutum hæredem devenient. Covar. c. 2. num. 6. de testam. Roderic. Tom. 2. Q. 80. artic. 1. Rolandin. de ult. volunt. Rubr. 23. num. 19. Sanchez l. 7. Moral. c. 3. Laym. l. 3. tr. 5. c. 9. n. 7. Tholof l. 42. c. 30. nn. 8. Reginald. l. 25. c. 52. n. 628. & seqns.

* *

§. VIII.

De Legatis.

I. Legatum est donatio quædam ad functionem reliqua, & ab hæredē praestanda. §. 1. Inst. de legat. Silv. eod. §. 4. n. 1. Explico. Dicitur Donatio, sumendola ē pro quaquinque datione gratuita, nō qualibet tamen, sed rei particulatis, quæ rationem hæreditatis non habeat: aliquo rora definitio fideicommissis universalibus conveniet. A defuncto reliqua distinguit i. legatum à donatione mortis causa, quæ non ab hæredē necessarij præstanta est, sed ferè ab ipso donante traditur. Denique additur. Ab hæredē praestanda, ut distinguat legatum ab hæredis directa institutione. Hæreditas enim non ab alio, sed ipso testatore immediate accipitur. VVesenb. l. 30. ff. 1. nn. 3. Angelus V. Legatum. Armilla & alijs summ. eod. Hinc coligitur Legatum, & fideicommissum particulare rei plaidem esse, & non nisi verbis differre. Quod mirum videri non debet hoc tempore, quo legata omnia particularibus fideicommissis exæquata sunt l. 1. ian. Glo ff. de legat. § sed non usque inst. eod. tt. VVesenb. in ff. lo cit. n. 9. Laym l. 3. Tr. 5. c. 30. n. 1.

II. Aliud à legato Pralegatum est, inde sic nuncupatum, quod hæredibus ultra, & præter hæreditarem legetur aliquid principium, quod cohæredibus non communiceatur, quodque etiam non accepta hæreditate retinere liceat, nisi contrarium testator voluerit. l. filio pater. l. sed si non l. quid ergo de legat. i. Hinc speciali iure constitutum est, ut hæres vulgari substituzione faciat.

facta, vel fideicommisso gravatus restituendo fideicommissum, retineat praeleatum suum, nisi illud quoque restitui testator præcepérit. *I. Cùm responso. C. de legat. Tholos. l. 42. c. 32. Boer. De c. 280.*

III. Quatuor olim legatorum genera erant secundum totidem legandi modos, seu formulas, per vendicationem, damnationem, finendi modum, & præceptionem. Per vendicationem his verbis, Do lego, capito sumpto habeo. Per damnationem, Hæres meus damnas esto dare, dato, facio: heredem meum dare iubeo. Finendi modo. Hæres meus damnas esto finere Titum somere, illam rem habere. Per præceptionem. Titus illam rem præcipito, id est, ante partem capitulo. Ita Veteres usque ad Iustiniani Imperat. etatem, qui hisce formulae sublatissimis voluit unius generis legata esse, & mentem magis testanum, quam verba sequi. & sed olim Institut. de legatis, & ibi Schneidevvin. Mynsing. Vulteins, Soacius, Galii Interpretes.

*IV. Hoc tempore celebris est divisio legatorum in sacra, & profana, ad pias, & non pias causas: item simplicia seu pura, & conditionata. Subpiaria continentur ecclesia, monasteria, hospitalia, pauperum necessitates, captivorum redemptio, desponsatio Virginum, viduarum subsidia, & similia his Christianæ charitatis opera, quæ communibus legam civilium vinculis non constringuntur. ut ex dicendis patet. *Tusclus Conclus. 106. Legatum purum etiam præsens appellatur, opponitur conditionali. Conditione vel de præterito, vel de præsenti est,**

& non suspendit legatum neque alium aetum, cui adiicitur, vel de futuro, eaque actum suspendit, & subinde impossibilis est. Quæ vero possibilis, alia est potestativa, in nostro scilicet arbitrio & potestate sita, alia casualis, alia ex his mixta. Conditio item in diem certum, vel incertum affigitur. Quæ in certum diem legata sunt, puris & simplicibus annumerantur. Ac proinde quamvis ante illum diem peti non possint, iustamen petendi ad hæredes legatarii transit, si post morrem testatoris ante illum diem decedat. *I. si dies ff. Quando dies legat &c. Palaio Tr. 32. Disp. 1. pun. 12. Cùm legata in diem incertum relinquuntur. V. g. quando Caius ad puberitatem venerit, aut uxorem duxerit, tunc adiectio incerti diei, si fiat in commodum hæredis, & non solius legatarii habet vim conditionis pendentis in futurum, adeoque ad hæredes legatarii non transirent, si ille moriatur ante diei eventum. Tholos. l. cit. num. 48. Silv. Armilla V. Legatum. Sacer. eod. Cardin. Lugo lo. cit. Laym. l. 3. Tract. 5. c. 10. Suacius in §. si ead. res. instit. de legat.*

V. Conditio impossibilis quocunque modo sive ex natura rei, sive ex dispositione iuris, aut de facto, pro nulla habetur tam in legatis, quam alia quacunque dispositione: nec quicquam obest lex 1. lex si quaita. lex, quæ sub conditione ff. de condit. instit. Ratio est favor ultimatum voluntatum, & litium fuga. Quis enim testatore mortuo mentis ipsius interpres? Excipe primo, nisi voluerit testator non nisi posita tali conditione voluntatem suam valere. Secundo

nisi conditionem, quæ impossibilis est, paraverit esse possibilem. Gomez. Tom. I. c. 12. num. 6. Molina Disp. 206. A iuramen conditionem impossibilem de facto censuerunt vitiare legatum, inter quos Bart. & alii quidam apud Molinam.

Vt conditio casualis, & mixta effe-
ctum habeat, satis est, si post testamen-
tum, & mortem testatoris, vel illo adhuc
vivo impleatur. I. hac conditio ff. de con-
dit. & demonstrat. Idem erit, si ante te-
stamentum evenerint, ipso ignorantie:
potestativa vero post mortem testatoris
adimpleri debet, nisi forte non sit itera-
bilis, ut manumissio servi. I. Si iam facta.
§. ult. ff. de condit. & demonstrat. Non
præfixo tempore sufficiet impleti ante
mortem. Alias expedit, quantocuyus ex-
equi. Pro conditione negativa V. gr. si
non exieris patria, cum usque ad mortem
porrigatur, cautio præstanta est, de resti-
tuendo, quandocunque violari eam
contigerit. Hæc cautio ab inventore suo
Mutiana vocatur I. hares meus. ff. de con-
dit.

VI. Caio hæreditas vel legatum relin-
quitur, si matrimonium contrahat, is
vero spretis nuptiis religionem ingredi-
etur, amittitne donationem? Non amittit
ex benigna iuris interpretatione. Nam
si in mentem venisset testatori de religio-
ne, probabile est, vel maximè donatu-
rum fuisse. Auth. de sanctiss episc. §. sed &
hec. Quod si testator expressis verbis ad
nuptias astrioxit, standum erit illius dis-
positioni: quia fieri potest, ut ob specia-
les, & necessarias causas matrimonium
anteposuerit. Idem dicendum, si alicui

100. aureos legarit, si nubat, eo vero, si
religione minaretur: quia iustitia ad id causa
re overi potuit. Contrarium tamen qui-
busdam placet. Molina D. 207. Vasq. 6.
8. D. 6. §. 2. Roderic. II. Q. 128. art. 1.
Silv. V. Legatum §. 1. nu. 13. & V. Here-
ditas §. 4. n. 13.

VII. Conditio adiecta legatario, ut
nullam religionem ingrediatui legatarius,
pro non accedita accipitur. Primo quidem,
quia spirituale cōnubium æquiparati, imo
præferri debet carnali. Secundò quia talis
conditio directè à religiosa, & perfecta
vita avocat, per se autem, & directè ad
matrimonium invitat. Dico directè alia
enim aliarum conditionum ratio est, si
religione indirectè, & per accidentis avo-
cant, per se autem, & directè ad matrimo-
nium vocant. Covar. I. Var. c. 9 num. 10.
Mol. lo cit. Em. sa. V. Legatum n. 34. Ta-
biena V. Hæritas. n. 18.

VIII. Aliquando legatis, & fidei cōmis-
sis causa adiicitur, nunc vera, nunc falsa.
Do, lego, 100. aureos, quia negotia mea
curasti, quia per te ex manibus hostium e-
reptus sum: quid juris in istis? Silv. §. I.
num 16. absolute pronunciat, nec de-
monstratione, nec causa falsa legatum vi-
tiari. Alii melius distinguunt. Velerot
personæ causā dedit legato, vel non. Si nō
dedit, illa sum manet legatum, & per ac-
cidens te habet error. Si vero dedit, quem-
admodum in aliis pacis & donationibus,
sic etiam in legatis actum iritum reddis
defectu voluntarii. Quod demonstra-
tionem attinet, quantumvis falsa, non
nocebit, si de persona legatarii aliunde
certum sit, à testatore intentam fuisse.
V. gr. Lego 100. aureos Miloni, qui in
longa

longa platea habitat, legatum habebit, si
ven longa platea habitet, sive in alia. Si
vero non constet de persona, & demon-
stratio fiat circa qualitatem, qua sit cau-
sa finalis, vel conditio sine qua non.
V. gr. quia est consanguineus meus, con-
cideret omnino legatum propter eandem
causalam, id est, defecum voluntatii. *Lugo*
Disp. 24. sect. 9. n. 257. Salas de legib. D. 20.
Sect. 15. n. 121.

IX. In legatis pia causa error circa per-
sonam, locum, numerum, qualitatem,
& similia adiuncta non vitiat dispositio-
nem; quia illis vel mutatis, vel omnino
sublati satisfieri potest testantis voluntati.
Vnde sequitur 1. Si erratum fuerit in no-
mine, nihil obesse. 2. locum mutari pos-
se, ut si iusserit extrui Oratorium in loco
prohibito. 3. si non repetatur summa
100. V. gr. auctorum legata, capi posse
eam, quae tepejunt. 4. si desini pauperes,
ecclesia dandum, & vicissim, si ecclesia
non indigeat, pauperibus. 5. quando incer-
tum est, ab episcopo, a hunc prælato
decidi posse. *Franc. Marcus decif. 858. An-
gol. Silv. & alii summistæ.*

X. Legatorum capaces sunt iidem, qui
heredes esse possant. §. legari. *Inst. de legi.*
In modo fraus & immoderatio absit.
Card. Lugo disp. 2. Sect. 7. Excipe 1. Spu-
*tios, quibus à testamenti, & legatorum
participatione exclusis alimenta congrua
debentur. l. Iseni ff. de alim. & cibariis
legatis. Excipe 2. FF. Minotes, & Ca-
puccinos, qui testamenta resistunt, & pia
legata admittunt. c. Exiit. §. ad bac quia
statrib. de verb. signif. in 6. Extrav. 1. V.
Porro ut circa sepulturam de Privilegi. Vbi
timen duo observanda sunt. Primò, ne le-*

gatum adeò pingue sit, ut vel relinqui in-
traudem, vel nomine legati hereditas re-
linqui videatur. *Clem. Exxvi §. Cupientes.*
de verb. signif. Roderic. 11. p. 127. Coton. in
Sum. Dsan. V. Legatum. num 4 Secundo,
ne conditio vel modus apponatur ipso-
rum instituto contrarius V. gr. ne legetur
vinea, ut eam ipsis colant, & fructus per-
cipiant: vel pecunia, ut etiuntur vestes du-
plices, ornamenta superflua, & similia.
De horris prorectatione, & necessariis
visualibus alia ratio est. *Suarez. 4. de Re-
lig. l. 4. c. 9. Rod. 1. cit. Sanchez 17. Moral c.*
17. Laym. l. 3. Tratt. s. c. 10. num. 4. §. 2.
dixi.

VI. Quod domos professas Societatis
Iesu attinet, ut supra insinuatum est §. 5.
n. 5. Tant. pia legata, quam hereditates
admittunt eo modo qui in Par. 6. Constit.
c. 2. §. 5. præscribitur. Immobilia, & pa-
ratum necessaria vendi poterunt. Neque ir-
ritam dispositionem, aut donationem
conditio impertinens facit, sed pro non
adiecta numeratur: contraria vero vitiat.
Præterea licet ex anno reditu pro domo,
vel ecclesia actionem, & ius civile non ac-
quirit, hæres tamen in conscientia præ-
state tenetur. Non enim prohibetur ea re-
cipere Societas, cum offeruntur, sed tan-
tum per iuris actionem exigere, quando
negantur, aut differuntur. *Suarez. l. cit.*
Sanchez 17. Moral c. 27. Molina disp. 195.
Laym. l. 3. Tratt. s. c. 10. n. 6.

XII. Legati possunt, quæcumque ad te-
statorum spectent, etiam sola Spe, & expe-
ctatione: iura quoque & actiones: immo-
bilis alienæ ita ut hæres illa teneatur restituere.
§. Non solum. *Inst. eod. l. Cum alienam. C.*
de legat. Card. Lugo Disp. 4. S. 9 n. 266.

Comitoli

Comit. l. 7. q. 6. Idem dicendum, si res pro pignore obligata sit: illam namque hæres redimere tenetur, & legatario liberam dare. §. sed et si institut. eo Tholof. l. 42. c. 32. *Limita 1.* nisi testator ignorabat rem alienam esse, vel obligatam: aut si ex circumstantiis colligatur non legatum fuisse si scivisset. 2. nisi ipsius hæreditatis aliqua res legata sit. Tunc enim non nisi ipsi consignanda est, quamvis ad se pertinere testator existimaverit. §. si rem ff de leg. n. 1. *Africanus.* §. constat ff de leg. l. cu m alienam C. de legat. *Comit. l. 7. quest. 6.* *Laym. l. 3. tract. 5. 1. 10. n. 7.* *Silv. V.* Legatum III n. 1. *Em. Sa. n. 30.*

XIII. Sitne eadem res numero, quam testator nominavit, præstanda legatario vel potius alia substitui, à multis s' pè petitum est. *Resp.* Absolutè loquendo intentionem testatoris servandam esse cum nihil obstat, una omnium sententia est. Obstat verò interdum vel rei legatæ conditio, vel operis faciendi, vel importunitas temporis; in quibus casibus fieri commutatio potest, auctoritate Superiorum Papæ, Episcopi, vel alterius Prælati, quamvis in testamento addita esset clausula, nec in aliud usum pecunia converteratur. Nam testatoris voluntas secundum jus commune interpretanda est, ut res magis valeat, quam pereat. *c. Abbate de verb. signif.* *Comit. l. 7 q 9 num. 2.* *Layman. l. 3 tract. 6. c. 11.* *Tusibus Concl. 113.* & 114. *Fran. Leo part. 2. c. 26. num. 48.* *Diana par. 2. tract. 17. resol. 26.* Hinc sequitur 1. si s, cui legatum est aliquid, ut trans mare peregrinetur, si via impedita sit, factum satis, si id alium similem locum vadat. 2. si quod modo fieri non potest, alio tempore videatur posse, differendum es-

se, ut si pro necessitate belli sacri aliquid legatum fuerit. 3. si per errorem testator in circumstantiâ loci, vel modi defecrit, jubendo v. g. ut in loco alias prohibito templum extruatur, non legatum, sed locum mutandum esse. *Fran. Leo in his. Eccles. par. 2. c. 26. num. 51.* 4. Si quid jure civili prohibitum legaverit testator, irritum fore, in prophanis, in sacris verò, cum ad pias causas disposita facta tuerit, quamvis resistere leges videantur, non idcò inutilis erit voluntas testatoris, sed ad Ecclesiæ Prælatos judicium, & determinatio referetur. *Gloss. in V. Apostolice de relig. dom. Silv. V.* Legatum IV. num. 11. *Covari. in c. Tua. de testam. Zerola part. 1. V. Legatum num. 2.* *Fran. Leo l. cit. Card. Lugo Dif. 24. sect. 12.* *Zypaues l. 3.* *Responsor. de testament. num. 1.*

XIV. Legatum deficit, seu caducum efficitur duobus potissimum modis. Primo propter defectum in testatore, & reip̄. ut si rem non existentem nominet, existimans, revera superesse: vel ex illis aliquam quæ alienari non possunt, velde in que si legat homini mortuo, quem tamen inter vivos esse credebat. Secundo propter defectum legatarii, qui antestatorem vitâ defangit, vel efficit servus pœnæ, vel ingratianum argumentum præbet, testamentum insuffisit, vocans l. *Papinia. us. §. meminisse ff de inoff. testam.* Denique si inter ipsum & testatorem graves inimicitiae natæ fuerint, neque cessent; propter leves offensas autem non fiet caducum. *A. si. inimicitia ff de his. quib. ut indignis &c.* *Tholofan. l. 42. synt. c. 33.* *Silv. V.* Legatum I. num. 21. *Roland. Rubrica 8. num. 7. & seq.* *Schneidevyn. l. 2. l. stit. st. 21.* *Mynsing. ibidem.*

XV. Dubium est, si debitor creditori suo legavit aliquid nihil exprimens, an censendum reliquisse ad solutionem debiti, an potius in favorem? Non censeo in favorem reliquisse, si ex lege, vel imperio debebat: si autem contra & us voluntarius causa debiti fuit, censeri potest contrariū, legatum videlicet esse nob animo compensandi, sed in favorem. Arg. l. un. s. scindum c. de rei uxo. act. Tholosan. l. 42. Syn. tagm. c. 32. nu. 21. Roland. Rubrica 8. nu. 28. Silv. 6. 3. num. 12. Hugo D. 24. S. 10. n. 263. Cardin. Tusculus Concl. 141. Fachin. l. 3. c. 53.

XVI. Denique legatorum esse quas est dominii translatio, quam testatoris voluntate statim consequitur legatarius etiam iacente hereditate: possessionem vero non perse, & propria auctoritate adire permittitur. Pro remedio haber actionem ex quasi contra & tu, hypothecariam & rei vindicationem; idque demum post hereditatem aditam. V. Azo insum. l. 6. s. 38. Treutlerum in Par. 2. Disp. 13. nu. 7. V. Vesenbec. l. 30 ff. tt. 1. num. 8. Melonium Tit 39. num. 22. Bronkhorst Centur. 3. Ass. tert. 63.

§. IX.

De executione Testamenti.

I. Executorum duo genera sunt. Universales, & particulares. Particulares voco, cum quis heres institutus est, vel ab intestato succedit, & constituitur aliquis, qui executioni mandet voluntatem testatoris. Universalis est, cum praeter animam defuncti nullus in particulari heres nominatur, sed constituitur aliquis, qui

voluntatem defuncti exequatur. Ex gr. Titius ad pias causas testatur, heredem instituit vel propriam animam, vel pauperes, aut captivos redimendos, non designando certum numerum, aut conditione pauperum: huic proposito exequendo qui a testatore præficiuntur, executores universales appellantur. Quod autem Vulgo Testamentarii nominentur, fieri pessimo errore Oldendorp in Lexico ait, immemor illius, quod lex & norma loquendi consuetudo est. Molina D. 247. Barb. inc. Cum tibi de testam. nu. 3. Silv. V. Testam. §. 11. n. 1.

II. Executio testamenti per se ad heredem pertinet, ubi aliis designatus non est: quam ob causam alii executores loco heredis esse censerunt. c. Nos quidem. c. si heredes de testam. His etiam deficientibus Magistratus dat, qui ideo Darivi vocantur. l. Solent indices. s. 1. de alim. & cibaris legatis. Pro legatis ad redimendos captivos, item relictis in alimента pauperum, & eleemosynas episcopos. Aush. de ecclesiast. titul. s. si quis autem executores constituit. De qua re loci consuetudo inspicienda Abb. in c. Nos quidem. h. t. Covarr. de testam. c. 3. n. 11. Zerola Par. 2. n. 2. Mol. L. cit Layman l. 3. tr. 6. c. 11. Tanner 3. Disp. 4. Q. 8. n. 320.

III. Pro executoribus a testatore nominati possunt, unus aut plures pro libitu, clerici, laici, & mixti, masculi, feminæ, religiosi quoque specialibus statutis non prohibiti. c. Nos quidem c. Tua nobis. c. Ioannes. de testament. l. a filio ff. de alim. leg. quia ultimæ voluntatis cura, & executio piis operibus annumeratur. Quoad religiosos limitati dum monet Silvester, ex qui posse, si a Superioribus suis licentiam habeant:

Vv.

habeant:

habeant: quod etiam Covar. tangit in c. 17. Tuanob. addens coram Iudice ordinario conveniri posse de culpa, & fraude: cogique, ut administrationis sua rationem reddant. Clem. Exivit. §. Verum de verb. signif. Romanus conf. 409. Sanch. in Praec. Decal. 10. 11. 16. c. 11. Card. Lugo D. 24. Sct. 16. Armilla V. Executor n. 2. V. asq. c. 9. §. 3. Dub. 1. Religiosos pro executione facienda ita Superiorum consensu indigere, ut eo neglecto invalidè operentur, VVadingus probat Disp. 4. dub. 13. §. 4.

IV. Designatus executor à testatore nō tenetur suscipere munus oblatum, nec ad id cogi potest. Panor in c. 10a. h. t. & Barb. ibid. Quoad pia legata tamen cogi ab episcopo posse non ut executorem, sed delegatum, ut in qualibet alia delegatione a. Pastoralis de off. d. leg. existimat Silvest. §. 2. num. 3. Alias non nisi post suscepsum munus exequendi, Episcopo & Vicario ipsius permittitur compellere restitantes Modus facilissimus est per subtractionem emolumēti, quod ex testamēto expectāt: non excludendo alias pœnas. & censuram ecclesiasticam. Autb. de eccl. titul. §. si au tem. Conc. Trid. S. 22. c. 8. Nav. conf. 3. de Relig. domib. Covar. in c. Nos quidem Abb. in c. baredes. Zerola. Par. 1. nu. 8. & 9. Vallensis 1. 3. rt. 27. §. ult. qui addit, etiam à Principe sacerdotali executores modò laici sint, compelli, & puniri posse non tantum propter negligentiam, vel culpat in saecularibus, sed piis quoque legatis, ita ut mixta fori hæc causa sit. Novella 131. de eccl. titulis c. 10. & c. 11. l. Haremitas ff. de bared. Abb. in c. Si baredes h. t. Laym n. 12. & 13. Zerola Par. 1. n. 11. Sanch. de matriza. 1. 2. D. 250. nu. 1. Tanner. 111. Disp. 4. Q. 7. num. 322. Quod si hæres negaverit quic-

quam ad causas pias reliquum esse, inque ea negatione persistat usque ad sententiam, condemnandus est in duplum. §. Item mixta Institut. de actionib. Taberna V. Hared. n. 15.

V. Quando certum executioni terminum defunctus non præfixit, unius anni spatium salva obligatione iuris naturalis, pro testamēti executione ad effugientem pœnam Canones indulgent: quo finito, si satis non fecerint voluntati testatoris, qui nominati sunt, ius exequendi ad episcopum transfertur. c. Nos quidem h. t. Sanch 1. 4. Conf. c. 1. D. 51. Vallens. hic §. 8. Etiam, quoad legata profana. Diana. Par. 1. Tr. 2. Ref. 99. Præmittenda autem monitione est, (unicam sufficere putem) ita ut annus currat à die monitionis factæ per episcopum: ignorantes & impediti exequati sint. Baldus in l. captoriaris C. de testament. mil. Felinus in c. Cùm inter num. 20. de except. Barb. in c. Nos quidem. Tholofsan. 1. 42. Syntagm. c. 36. Melonini Th. 26. num. 57. Piorum legatorum executio ultra sex menses differenda non est: inde cùm nihil obstat, quanto cyus complenda, etiam nondum adira hæreditate quæ terminus à iure præfixus nō tollit obligacionē naturalē. Panorm. ad c. citat. Vallensis §. 8. Covarr. in c. Si baredes n. 5. Tholofsan loc. cit. Boer. decif. II. Fm. Sa. V. Legatum nu. 22. Sanc b. 1. 4. c. 1. Diana. To. 11. Tr. 5. Ref. 59. Card. Lugo D. 24. Sct. 11. n. 296. Armilla n. 18.

VI. Executor testamentarius pecuniam usui pauperum destinatam sibi, ac suis paupertate, & in opia laborantibus applicare potest. Neque enim quia distributionis officio fungitur, donationis gratia prævatur, ut deterioris conditionis sit in parti causa.

causa. Idem permittitur Religioso cùm fuerit distributor, ut suo monasterio & fratribus elemosynam communicet, quam aliis pauperibus erogare posset. Nemini debet esse damnosum officium, sed potius lucrum. *L.* Sed si quis ff. de testam. *Panorm.* c. cum in iure de off. de legati *Angel.* V. *Eleem.* nu. 3. *Silv.* §. 11. n. 2. *Bonac.* To. 11. p. 670. *Card.* *Lugo Disp.* 24. *Sect.* 11. nu. 297. *Sanchez* l. 6. *Moral.* c. 11. nu. 54. &c. c. 1. D. 58.

VII. Merus executor (qui non simul legatarius est, vel aliud emolumentum habet) non potest in iudicio convenire hæredem, & debitores de præstandis legatis non piis, sed Iudicis auxilium implorare debet. *Bart.* in *l.* si quis *Titio ff. de legatis* 11. Aliis executoribus tum adversus hæredem, tum adversus alios bonorum defunctorum possessores agere licet. *l.* Nulli leg. si quis ad declin. C. de epist. & cler. Azo. in *Sum.* l. 6. §. 38. *Abb* in *c.* *Ioannes b.t* n. 4. *Convar.* 5. *Mol.* D. 149. §. *Quod ad ultimum Angel.* *Silv.* *Armilla,* & alii *Summissa.* *Schneidev.* l. 2. *Inst.* cc. 23. § sed quia *Laym.* l. 3. tr. 6. c. 11. n. 15.

VIII. In deftu executorum, cùm nemo exigit, vel exigere potest debita legata, Magistratus ecclesiasticus, vel sacerdotalis hæredem urgebit, ut satisfaciat. *Abb.* in *c.* Nos quidem De testam Hoc quoque deficiente executor erit. *Episcopus.* *Sanct.* l. 4. *Conf.* 1. D. 43. *Coton.* in *Summa Dian.* V. Testam executor. nu. 4. Ad eundem pertinet, ea que FF. Minoribus priorum hominum liberalitate assignata sunt, ut præsentur, fatigete quandoquidem nulla ipsi in foto judiciali actio permittitur. c. *Exit.* §. *Caterum de verb. sign.* in 6. quam praedicti FF. extra Curiam admone-

re possint, & rogare Iudicem, ut offici sui memor cunctantes ad soluendum impellat. *Roder.* T. 11. Q. 126. ar. 4. *Sanct.* l. 7. Mor. c. 26. nu. 62. *Martha de iurisd.* Par. 2. c. 10. *Zypecod.* l. 1. c. 61. *Sanct.* l. 2. *Conf.* c. 2. D. 32. *Roland.* *Rubrica* 40. *Tholos.* l. 42. *Syntag.* c. 36.

IX. Executoris testamentarii munus finitur, & desinit 4. sequentibus modis.

1. Ipsius executoris morte. Mors enim omnia soluit. §. *Soluitur Inst Pro socio.* Atque in hoc pari passu tutor, & executor ambulant, qui nomen suum morte natura li vel civili (quæ est deportatio) amittit.

2. Lapsum temporis præfiniti puta anni ad exequendum constituti à lege. Nulli C. de episc. & cler. Idem fiet, si aliud tempus à Magistratu, vel republ. præfixum fuerit, vel etiam ipso testatore.

3. Finitur sententia Iudicis declaratoria, quod sit privatus, dummodò transierit in rem iudicatam. c. Cùm inter de re iud. l. *preses.* C. *cod.*

4. Finitur operis complemento, cùm nihil restat agendum. l. *Cum Syllanianum.* c. de his, quib. ut indign. har. auf. Nam magis attenditur finis, quam principium. l. 1. §. *hoc interditum de aqua quotid.* Hinc colligitur, officium hoc ad nullum hæredem, vel successorem protogari, quia non Dignitati ulli, vel titulo affixum est, sed personæ specialiter eleæ attributum. *Sanchez* l. 4. *Conf. cap. 1.* D. 41. *Angel.* V. *Executor* n. 7 *Silv* §. 2. n. 4. *Armilla.* n *cod.* *Francus* c. 2. n. 6. *Iacob.* à *Canib.* Par 3 n 15.

* *

V v 2

S.X.D^e

§. X.

De revocatione testamenti.

I. Legans est secundum Legistarum grammaticam gnome, Ambulatio via est voluntas defuncti usque ad vita sua premium exitum. l. 4 ff de adm. leg. Quod idem alio tropo Theologi dicunt, nondum defunctos in via esse, indeque huins seculi cives Viatores appellant Nam sicut ambulans in via sua, respicere resistere, retrogredi, pro arbitrio, sic corrigerem voluntatem suam, augere, minuere, & omnino immutare testator potest. Gaill. l. 2. Observ. 117. Iul. Clarus Q. 93, hoc tt. Generatim igitur loquendo factum semel testamentum tolli & abrogari potest; altero legitime condito, vel priorerupto, & destrutto. Neque tatis existimes, dixisse. Nolo, quod feci, testamentum valere, non agnoscere ut legitimum, tollo, abrogo: quia contrarium legibus sanctis est. l. si unus de septem: l. Nostrum C de testam. Covarr. Par. 2. num. 21. Mol. D. 153. Vasquez c. 2. Dub. 1. Vvesenb. 28. ff. 11. 3. Less. c. 19. Dub. 8 Layman. l. 3. Tract. 5. c. 4. num. 1. Sanch. l. 4. Conf. c. 1. D. 16.

II. Factum inter liberos testamentum illatum manet, à quounque subsecuto, nisi reliquis solemnitatibus testator addiderit, se nolle prius testamentum valere. Auth. de testament. Laym. lo. cit. num. 2. §. Hoc verò Excipe r. cùm in posteriori testamento etiam liberi hæredes instituuntur, iuxta doctrinam. Clari. p. citata; & Glosse in Auth. de testam. imperfectis. c. 3. V. Perf. Etia. Rolandin. hoc tt. Rubr. 36. Excipe

2. si causa pia pro hærede nominetur in secundo. Tunc enim nulla iuris solennitas necessaria est, sed sufficit, voluntatem testatoris cognitā esse. Abb. Roland. Rubr. 36. Sanchez l. 4 Conf. c. 1. Dub. 7. Less. c. 19. D. 3. Similiter causa pia valebit in dubio, si inter duo testamenta discerni non possit, utris deferendum sit. Tiraquel. de privilijs causa 35. Iul. Clar. Q. ult. Guido. Papa in Tract. de presump. u. 30. Illud enim presumitur posterius, in quo ad pias causas effecta dispositio.

III. Quando in primo testamento addidit protestando testator, velle se, ut quodlibet postea quomodo cunq[ue] conditum valeat, nihilominus si aliunde nihil obster, valebit primum, nisi additaverit clausula specialis derogatoria. Non obstante prioris testamenti clausula ega. Nemmo enim sibi leg. m. dicere potest, ut à priori voluntate recedere non licet. l. quis in principio ff. de legis 111. Rolandin. Rubr. 32. Covarr. Par. 2. num. 59. Fabrin. l. 4. Controv. c. 92. Molan. de testam. c. 49.

IV. Nec iuramentum obstat, quomodo non revocari possit prius testamentum, censent non pauci. D.D. apud Didacum Covarr. l. ci. num. 48. Vasquez c. 7. Dub. 3. Rolandinum Rubrica 32 in Additione num. 3. Testamentum enim, inquit, natura sua revocabile est, neque per iuramenti appositionem immutatur. Sed fundamentum hoc firmitate caret. Nam revocabile est testamentum non in qualibet consideratione, & eventu, sed quando inse & solitariè spectatur. Alias nec promissio ulla, aut contractus natura sua mutabilis firmatur iuramento, fieri que invocabilis, quod manifestè fallsum est. Valer ergo

Ergo Theologorum regula. Servandum esse iuramentum, quandocumque sine prejudicio salutis eterna servari potest, quemadmodum hic usu venit. Est enim de re per se licita & honesta. c. quamvis partium de pactis in 6 Tuscanis Conclus. 151. Barb. in c. quamvis de pactis in 6. n. 27. Lessc. 19. dub. 8. n. 95. Unde sequitur necessario testamentum iuramento stabilitum mutari non posse absque peccato, perjurii illius, qui revocaret. Sed occurrit statim alia quæstio. Si spreta iuramenti religio. n. Tunc solum testamentum revocet, ea revocatio valida sit, & prius testamentum evertat?

V. Validam esse ejusmodi revocationem, & prius testamentum evertere, probatur 1. quia Juramentum imperare quidem potest, & constringere animum, ut non liceat contrarium attentare, non tamen auferre libertatem disponendi alter de bonis, & testandi: hac igitur manente prima dispositio ad libitum mutatur, quamvis interveniente peccato. 2. Titus Bertæ juravit, se non aliam, sed ipsam matrimonio jure curum, mutata postmodum voluntate matrimonio sibi singit Corneliam, contractus valer. Sanchez 1. 1. de Matrimon. Diff. 48. num. 4. § promisi me fore procuratorem negotiorum tuorum, nec revocaturum esse iurassi: si tamen revokes, desinit officium meum Procuratoris. Idem ergo in secunda testamenti editione fieri. Illicita, sed valida est. Verum, inquis, in primo testamento haeres insititus, cum ut suppono, sciverit testatoris mentem & iurandum acceptavir, indeque jus ad rem aquisivit, pro se, & suis proximis legibus. Eo jure per alterius infidelitatem, &

& inconstantiam privari non debet. Ita est, satisfaciendum propterca illi erit per secundum hæredem, ne testator ex perfidia suâ lucrum, & spretus haeres pro lucro damnum reportet. I. si quin ff. de leg. 111. Covarr. part. 2. num. 19. Anton. Gomez in leg. 3. Taurinum 93. Silv. V. Iuramentum §. 4. num. 12. Lessius c. 19. D. 8. n. 98. Vasqu c. 2. D. 3. Fill tr. 34. c. 7. n. 17. Rolandino. Rubrica 3. 2. c. 1. fin. Gregor. Lopez, Burgos de Paz part. 2. 1. 3. Taur. Sanchez 1. 4. Consil. c. 1. Dub. 17. Benedictus c. Raynusius de testamen. Armilla V. Testam. num. 4. Tabien. ibid. n. 12. Gutierrez de iuram part. 2. c. 1.

VI. Testamentum legitimè f. Autem ante ingressum religionis, per professionem non rumpitur, sive Monasterium capax successionis sit, sive non sit, etiam quando faciens testamentum cogitasset de ingressu Religionis, & nihil omnino Ordini, aut Monasterio legasset. Franc. Aret. ad l. 1 ff. de test. Panorm in c. In presentation. 52. Felin. ibid. num. 54 de probat. Nam quia aliter sentiunt & loquuntur, nullo stabili fundamento nituntur. Loco filii, dicunt aliqui, Monasterium est, adeoque quasi agnatione posthumum testamentum rumpitur. In casibus jure expressis concedo, inter illos autem noster non invenitur. Professus capite minuitur. Gratus hoc afferunt, & latè refellitur à Cuiatio in Novella 5. Sufficit, aiunt, contraria professi voluntas, qui se tuaque omnia Deo & Ordini consecrat. At conjectura hæc, & prælumprio per actum & dispositionem expressam eliditur, neque sufficere potest ad tollendum prius factum testamentum, sed requiritur alia explicita voluntas solenni ritu contestata. ex eo autem solo. Insit. quib. mod. testam.

infirm. & I. Sancimus C. de testam. Leff. c. 41.
Dub. 10. Nav. Com. 2. de Regular. num. 51 Jul.
Clarus §. Testam. q. 28. num. 4. & 5. Molina
De primogenitis c. 6. num. 44. Fachinæus l. 6.
c. 14 Manuel. tom. 2. Summa c. 7. Sanch. l. 7.
Mor. c. 3. n. 34. Em. Sa. hoc tt. n. 38.

VII. Hæres tamen in prædicto testamento institutus non potest facta professione testatoris statim adire hæreditatem, sed expectanda est mors naturalis professi: puta si Monasterium capax est successionis. Ita communiter DD. ex l. cùm pater 79 §. Hæreditatem ff. de Legat. II. & I. statius 48. §. Cornelio. ff. de lute Fisci. ubi decernitur, fideicommissum relictum in diem mortis, non cedere fideicommissario, si gravatus deportetur & ita civiliter moriatur, sed à die mortis naturalis: interim vero ad fiscum pertinere. Ratio additur, quia fieri potest, ut ante gravatum fideicommissarius moriatur: quæ omnia in nostro casu valent, cùm professus deportato similis sit & civiliter mortuus. Unde si illius hæres & legatarii ante ipsum moriantur, tota hæreditas Monasterio cedet, quod supponimus successionis capax esse. In iis enim quæ non poss. succedere, probabilius est statim à professione facta executioni mandari posse testamentum. Nam professi in ejusmodi claustris habentur quasi non essent, naturaliter etiam mortui: neque ullus est, qui personam illorum representare, & vice illorum capere, aut fru bonis possit. Bartol. l. 1 num. 7. de testam. Ibid. Bald. num. Vn. Gutieres l. 2. c. 1 num. 18. Jul. Clarus q. 28. Navar. Comm 1. de Regular. n. 54. Covar. c. 2. num. 6. de testam. Molin. disp. 140. Manuel. qq. Reg. Tom. II. q. 80. art. 1. Alex. Consil. 13. Vasquez c. 3. Dub. 4. de redi-

tibus. Bartb. Sozinus Consil. 92. n. 2. l. 1. Sanchez l. 7. Mor. c. 3. nu. 68. Surdus consil. 90 n. 7. Sily. V. Hæreditas §. 1. n. 10. Azor. Tom. I. l. 12. c. 6. q. 5. & c. 8. q. 6.

VIII. In tribus casibus abrogari potest testamentum quamvis solenniter confectum solâ voce, aut saltem minus solenni dispositione. 1. Si post decenium à tempore primi testamenti, illud coram tribus saltem testibus Auctor revocet. I. Sancimus C. cod. & ibid. Glossa. 2. Si volens intestatus mori id ipsum coram testibus dicat: quia in tali voluntate hæredum ab intestato succendentium institutio tacita continetur, quemadmodum ex communi DD. sensu tradit Jul. Clarus q. 92. de testam. Didacus part. 2. num. 80. & pleriq. alii ex l. 1. §. si hæres ff. stabile testamente nulla extabunt. Roland. de ult. volunt. Rubr. 36. in addit. 3. Quando hæres extraneus institutus est, in testamento priore, per minus solenne, quo ab intestato venientes instituuntur, dummodò quinque testes adhibeantur. I. Haec consultissimâ C. de testam. ubi Glossa declarat. in V. Sancimus. Excipe. Si causa pia in priori testamento instituta fuit. Non tollitur enim, nisi per aliud solenne juxta doctrinam Abb. part. I. cons. 11. præsumpt. 2. Tiraque il privileg. 53. Sanchez l. 4. Consilior. Dub. 16.

IX. Testamentum per se concidit, & pro nullo habetur in his 4. casibus. 1. Si auctor testamenti deprehendatur inhabilis ad testandum propter defectum conditionis alicujus requisitorum. 2. Si nullus hæres, vel hæreditatis incapax pro hærede institutus est. 3. Si præteritus est jam natus, quem insituere hæredem oportuit. 4. Cùm legitimus numerus te-

stium

Nom desideratur : vel aliud quid ad es-
seniam testamenti necessarium. *Instit.*
quibus modis testamentum infirm. *Angel.* num.
7. *Sily.* §. 1. num. 6. *Armilla* num. 10. *Clarus*
hoc tt. quest. 89. Præterea quamvis ritè
factum irritari potest. 1. Si posthumus
nascatur , vel si post testamentum fa-
ctum arroget sibi filium : vel si suus po-
stea fiat , qui tempore testamenti non e-
rat. 2. Si testator capite minuatur , nec re-
cipiat libertatem. 3. Si ex hæredationem
suam accuset , & per sententiam obtineat
hæres. 4. Si institutus hæres non adiit
libertatem , vel antequam adiret , mor-
tuus est. *Instit.* l. cit. & *Summiste passim Bar-*
tall l. num. 10. ff. de *Iure codicill.* *Treutler.*
Vol. II. Disp. 10. num. 7. Annotat verò Ro-
land. multum interesse , an testamentum
stiplo jure nullum , vel rumpatur per
querelam , quia jus dicendi testamentum
nullum esse , 30. annis durat : quando ve-
rò per querelam rumpendum est , unius
anni spatium actori conceditur. *Bald.* in
Uflio præterito ff. de injusto testam. *Rolind.*
de testam. *Rubr.* 17. num. 20. *Connarus* l. 9.
Commentarior. *Iuris civil. c. 7.*

§. XI.

Satisfit Dubiis de testamento.

DUB. 1. An testamentum alterius vo-
luntati rectè committi queat. *Innoc.*
III in c. cum tibi de testam. ita respondit.
Qui extremam voluntatem in alterius
dispositionem committit , non videtur
decedere intestatus. ex quibus verbis
magna & intricata hæc Quæstio nasci-

tur; an valeat testamentum ; quod meo
nomine rogatus à me Sempronius face-
ret ? Discordantes interpretum opinio-
nes apud *Covarr.* in *Comm.* huius cap. &
Barbosam invenies. Neque enim opera
preium est hic congerere. Sed Respon.
Innocentii mentem esse , quod commit-
tens omnia bona sua alicujus voluntati
cupiat , ut velut illorum Dominus & hæ-
res de illis disponat ad piæ causas , vel
quatenus ad animæ suæ salutem condu-
cit. Ita colligo ex DD. diversis explica-
tionibus , qui ferè convenient in duo-
bus. *Primum est* , hæredis institutionem
soli testatori competere. *Alterum ele-*
cionem hæredis , & dispositionem le-
gatorum alterius voluntati & arbitrio
relinqui posse : quæ duo optimè salvan-
tur in sensu quem posuimus. Nec video
aliam viam magis planam & facilem , quâ
Pontificis intentio eruatur. *V. Covarr.* &
Barb. Vasquez tt. de *testam.* *Sanchez* l. 4. con-
sil. c. 1. D. 1. *Zypæus* in *Enarr. anal.* pag. 193.
Eberb. *Confil.* 60 num. 30. Dices. Sic insti-
tutus erit hæres absque hæreditate , me-
rum & inane nomen.

Resp. 1. Poterit falcidiæ beneficio ex
omnibus bonis quartam partem capere,
sic interpretando mentem testatoris 2.
Si indiget 3. sui quoque in distribuenda
memor erit , quod permitti ex §. præced.
liquet. 3. quia testatori pro hærede se-
ipsum seu animam suam instituere li-
cet , in dubio non censetur alius hæ-
res , cui bona commisit , merus execu-
tor , vel commissarius vocabitur. 4. præ-
dictorum hoc tempore doctrina est , teste
Zypæus in *analyt. Enarr.* pag. 194. non requi-
ri hæredis institutionem in quolib. reita-
mento

mento: posse etiam testatorem decedere partim testatum, partim intestatum. Quod si regum est, nihil absurdum. Innocentius afferuit in c. cit. dicens non videri intestatum decedere, qui voluntatem suam in alterius dispositionem committit, ut vel neglecto heredis titulo disponat pro salute animæ sua de bonis a se reliquis. *V. Molinam Disp. 134. cir. fin.* & *Disp. 157.* ubi adductis pluribus, & heredis institutionem, & legata alterius voluntati commissa, communii jure Cæsareo pro invalidis habet.

DUB. 2. An juris naturalis sit, quod aliquis non possit testatus, & intestatus decedere? Non posse quem decedere partim testatum, & partim non testatum, pro certa Regula habetur. *Ius nostrum ff. de Reg. Iur. Clar. in §. Testamentum q. 16. in princ. Bart. Confil. 156. lib. 1. Franc. Tigurin. Conf. Bart. 81. & alii.* Rationem dant, quia Ius accrescendi obtinet, ita, ut si institutus in parte adeat, censeatur in toto adire per jus accrescendi etiam invitatus, & ignorans. Quod de ordinario & communio modo procedendi verum est. Sed ab eo recedendo, & rem altius contemplando queritur, an nullo modo possibile sit, decedere aliquem partim testatum, & partim intestatum?

Resp. *Card. Lugo D. 24. Sect. 8. n. 140.* in hoc sensu Juris naturalis esse, quod saltem virtualiter, & interpretative non sit testatus de omnibus. Vel enim cogitavit de parte bonorum omissa, vel non. Si cogitavit vel idem eam non attribuit heredi, quia aliter de ea voluit disponere, & oblitus fuit; tunc vero manet heredi instituto sicut legitam, quorum Domini desunt. Si vero voluit de ea parte dispone-

re, eo ipso censetur velle ut heredi obveniat ab intestato: atque ita jam virtutem de ea disposuit. Si autem omnino de aliis bonis, utpote oblitus, non cogitat, eo ipso presumitur relinquere heredi a se instituto, quem alius omnibus prætulit. Ita ferè Lugo nimium fortè præsumens. Cur enim in casu oblivionis non præsumimus velle, ut bona non assignata heredi in subsidium pauperum impendantur? hoc enim videtur potius & probabilius: quia heredem directè exclusit ab illis, certam partem attribuendo: pauperes vero, Ecclesiam aliasque plas causas directè non exclusit. Cum ergo quilibet salutis sua memor in extremo vite articulo existimetur, merito præsumitur bona superflua in pios usus velle distribui: nec plus heredis sui modo, quam propriæ saluti consideratur. Manet nihilominus, et hoc daretur, non decedere testatum & intestatum: sed nondum liquet an ex iure naturali id proveniat? Quid enim, si quis directè vellet non nisi de dimidio honestorum suorum testari, reliquum vero vel let heredi accrescere, sed simili iter desiderere. Veniet id quidem, ubi constituerit, in manus Filii (posito heredes necessarios decesse) verum nihilominus erit, partim testatum, partim intestatum decedere; ac proinde non est ex natura rei insolubilis nexus inter illa duo, ut simul, & nunquam seorsim inveniantur. Nec facile est in praxi evincere quod inter Gymnasi parietes speculamur, ita rerum suarum quenquam ignarum, & immemorem esse, ut numerum earum, pondus, & mensuram ignoret? Aulam potius, ut Plautinus ille auri plenam vi summa

summam servat misericordia affectus modis. I.
Iur nostrum ff de Reg. Iur. V. Instit. de hered.
Instit. §. Hæreditas I. Iur nostrum ff. de Reg. Iur.
Schneidev. in I. 2. Instit. §. cit. num. 6. Card.
Tuscius. V. Testamentum Conclus 96. I. Clau-
rus §. Testamentum. q. 16.

Dub. 3. An Regis & supremi Principis potestate, addito testatoris consensu testamentum irrevocabile fieri possit? Negat cum pluribus à se citatis Sanchez I. 4. confil. c. i. Dub. 19. Quod enim testamentum revocabile sit, & non nisi testatoris morte confirmetur, non ex positivo aliquo jure, sed naturali seu gentium, quod ex c. 9. epist. ad Hebr. colligitur, ubi Apostolus probat, Vetus testamentum revocari potuisse, quia non intercessit mors testatoris. Testamentum n. in mortuis confirmatum est, alioqui nondum valet, dum vivit, qui testatus est. Nulla igitur via patet, qua testamentum irrevocabile fieri possit. Verum Card. Lugo in ista ratione nullum robur agnoscit. Quia Apostolus non propterea afferit V. T. revocabile fuisse, quod mors testatoris decesserit, sed potius Christo moriendum fuisse, ut testamentum novum à se conditum ipsius morte confirmaretur, cum vetus novi figura, non fuerit sine anima sanguine dedicatum, qui sanguis Christi sanguinem præfigurabat, ut interpres notarunt: quod non arguit irrevocabilitatem, sed invaliditatem ante mortem testatoris, alioqui non testamentum, sed donatio inter vivos esset. Præterea quamvis de irrevocabilitate loquere tur, sufficit juris positivi esse ab omnibus recepti, volueritq; Deus in hac quoque testamenti conditione seu proprietate morem humanum sequi, & illi consen-

taneum loqui. Secundam hanc opinionem quæ verior appareat.

R. Principis potestate, addito testatoris consensu irrevocabile testamentum fieri posse. Ratio est, quod obligare se nemō possit ad non revocandum, præcisè oritur ex lege civili, quæ ejusmodi pacta irritat. Sublatu igitur per contrariam legem tali impedimento non amplius irrevocabile erit testamentum. Sic enim donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum tollit potestatem testandi, & tamen facta Ecclesiæ approbatur legibus imperialibus. Posset ergo quis obligare se ad non revocandum testamentum, ita ut teneatur, si non obstat legis alicuius, vel Principis auctoritas. Præterea certum videtur, posse quem in delicti pœnam privari potestate testamenti faciendi: quo facto morietur intestatus, & bona sua relinquet hæredibus ab intestato. Is si testamentum prius fecisset, ante delictum scilicet, & illius pœnam non testandi, privatius esset potestate revocandi illud, mori quæ cogereretur cum testamento non revocato, & irrevocabili. Idem ergo ex rationabili causâ cum aliis subdiris fieri potest. Unde sequitur, non esse juris gentium, ut quælibet ultimæ voluntatis dispositio revocabilis sit, quamdiu testator vivit. Imo posset communī lege constitui, ut testamentum aliquod in particulari propter favorem hæredis & familiæ ipsius, sit irrevocabile, quemadmodum Mol. notavit D. 151. Archid. c. ultima voluntas 13. q. 2. Deci. in c. cum accessisset de Conf. Cov. Rubr. de test. pa. 2. n. 6. Barth. de Bellenz. add. ad Pan. c. cum Marth. de cel. Miſf. Card. Lug. D. 24. S. 2. n. 41.

Dub. 4. An si testator miraculoſe reſuscitaretur, testamentum ipsius, ut agnatione

tione posthumī rumpereatur? *Iul. Clarus.*
Quæstionem hanc pulchram vocat, &
raram, ac si contingat, ut in Lazaro, quē
Christus D. N. à mortuis resuscitavit, te-
nendum, quod Lazarus hæreditatem suā
de jure recuperavit, & rupit testamentū
si prius condidit, vel tanquam ipsem̄,
(non enim videtur defunctus, qui tam
citò revixit) vel tanquam posthumus,
qui de novo natus est. Ita tenuit Gl. in L.
ex hū ff. de leg. quæ in hoc communiter est
approbata, ut dicit Alber. in d. l. ex hū n. 1.
Alex. in l. si marito n. 5. ff. s̄ol matr. Ita Clarus.
cujus opinionem licet Malder tr. t. c. II. de
test. Dub. o. videatur approbare. Card. Lu-
go tamen apertè falsam pronunciat: quia
mens testatoris fuit, ut ipso decedente,
loco sui talis hæres succedat, quæ eadem
mens manet, ut post secundam mortem
ita fiat; nisi interim post resurrectionem
revocet, prout potest. Bona tamen debe-
re restituī, quia ea videtur mens testato-
ris fūsse, ut se omnibus aliis præferret.
Magis enim se diligebat, quām suum hæ-
redem, quem solum loco sibi succedere
voluit, quod à fortiori procedet, quan-
do mortuus est ab intestato, cùm ipse sibi
sit omnium proximus. Sed ratio hæ-
si legibus conformis, & præsumptio, quā
natur, proba, non ad bona tantum ex-
terna, sed alia quæcumq; bona & iura ex-
tendit, debet, restituī, q; e relucitatum in
statum, in quo an. mortem fuit, integrè,
& perfectè. Dilgebat se magis quām quæ,
libet alium: ergo bona ipsi restituenda
fuit, ne alium sibi videatur præferre. Di-
catus similiter, dilgebat se magis, quām
hæredem: ergo quæ hæredi attribuit, ma-
gis sibi auctorabat, ne videatur præferre illū

sibi. Ac proinde dominium honorum &
 omnia iura hæres illi restituere debet.
 Præterea, si præsumptionibus uti con-
 ceditur: omnino videtur testatoris mens
 fuisse excipere casum adē rarum & in
 expectatum, quemadmodum affectus
 esse præsumiter erga posthumum, qui
 nasceretur. Rogetur Titius ante mortem.
 Visne testamentum tuum valere, etiam
 te contingat in vitam redire? haud du-
 bie respondebit non velle: alias contra
 priorem illam præsumptionem magis a-
 lios, quām scipium diligenter, cupiens ut
 bonis abundant, ipse verò ex divite in
 pauperem, & mendicem Lazarum muta-
 retur. Hinc colligitur I. Clari opinione
 non esse apertè falsam, sed cum opposita
 certate de probabilitate posse. Anton Bar-
 dus de temp. utili c. 14. pag. 134.

Dub. 5. Duo testamenta proferuntur
 eodem die confecta, & nescitur utrum
 sit posterius, quid factō opus? Utrum
 que valere, & bona æqualiter scriptis hæ-
 redibus tradenda volunt aliqui, ita ut
 immedia: è uterque hæres succedat. Pro
 hac opinione citatur Rofredus. *Guil. de*
Suzza, & Molina Disp. 153. §. quando eod. die
nec abhorre videtur Lugo Disp. 14. Sct.
3. & valere eam in Regno Hispanie af-
ferit Sanchez l. 4. consil. c. 1. Dub. 22.

R sp. Cum in duobus testamentis
 nulla omnino diversitas, aut posteriori-
 tatis nota apparet, utrumque rejicitur
 propter incertitudinem. I. Duo sunt Titi
 ff. de testament. tutela. *Gloss. Bart. Dynus, A-*
Zo, Albertus, Cornens, Iason, Curtius Boerius,
I. Clarus quæst. 100. & alti apud Sanchez in-
dicati. Melius enim & juri conformius
 videtur permittere, ut hæredes ab inte-
 stato

statu succedant, de quorum jure non ambigitur, quam hereditatem relinque-re illis, qui non nisi per ambages, & incertam presumptionem ad successionem nituntur.

Excipe 1. Nisi unus duorum posside-
ret. Tunc enim juxta Reg. 65. Iu. in 6. me-
lior ipsius conditio foret & alterum ex-
cluderet.

Excipe 2. Si in uno testamento institu-
tus esset heres extraneus, in altero ab in-
testato veniens. Hic enim absque con-
troversia præterendus erit.

Excipe 3. Si ex Notarii, à quo testamen-
ta scripta, Protocollo de posterioritate
aliquid indicium appareat, quo incerti-
tudo minui videatur.

Excipe 4. Si in uno instituta sit pia cau-
sa, vel faltem legatum aliquod ad piam
causam. Illud enim pro rato habebitur
favoře piz cause, & animæ defuncti, qui
merito præsumitur illud malle, quod a-
nimæ sue conducibilis est. Anton. Go-
mez l. 45. Taurinum 149. Sanchez & Lugo
lo citato. Tiraquel. de privil. pia cause num.
35. Layman l. 3. tract. 5. c. 4. §. Hoc vero spe-
ciatiter statutum est. Phil. Decius in l. Edi-
cio Divi Adr. C. de edito Adr. toll.

NOTA. Ad curam Magistratus, ac
Principum spectat, ejusmodi dubiis ca-
sibus aliquā decisione remedium pone-
re: quemadmodum in Hispaniæ regno
factum esse Padilla, & Gomez affirmant
apud Sanchez lo. citat. Si igitur contingat
duo testamenta proferri, de quorum or-
dine nihil decidi possit, ex æquo divide-
tur, & uterque heres suam dimidiam ac-
cipiet: adeoque corruent omnes excep-
tiones supra positæ. Neque per hoc in-

juria fit illis, qui alioqui ab intestato suc-
cederent: si quidem illorum nulla in te-
stamento facta mentio est, & succedendi
jus non absolutam habent, sed conditio-
natum, quando nimis aliis nemo su-
pereret, cui testator bona sua maluerit
relinquere. V. Sanch. lo. cit.

Dub. 6. U'rum legitima filiorum jure
naturali debeatur? Pro affirmativa parte
facit c. Ius naturale Dist. 1. ubi inter partes
seu exempla juris naturalis ponitur libe-
rorum successio, & educatio l. scriptur. §.
ult. ff. Vnde liberi. ubi Papinianus ait libe-
ros ad successionem, & hereditatem ad-
mitti parentum simul, & naturæ voto:
quod votum in l. 7. de bonis damnator. eod.
ratio naturalis, & lex quædam racita ap-
pellatur, indeque Glossa infert, propterea
in dubio censeri parentes bona filiis suis
relinquere: de qua presumptione Alcia-
tus. i. de presun. p. 8. His accedit quod
Levitici c. 25. præcipitur Hebreis, ut her-
editario jure ad posteros transmitant
possessiones suas, & Apostolus in epist. ad
Galat. 4. argumentatur. Si filius & heres.
Addere licet si heres, ergo Dominus, &
possessor honorū patris. Atque in hunc
fere sensum plerique legum DD. & inter-
pretes loquuntur, filiis quotam suam
jure naturali deberi, ut videre est apud
Tholos l. 4. 2. c. 5. Gaill. l. 2. obs. 122. num. 16.
Treuler. Vol. i. Dip. 13. num. 11. qui merito
& sententiam illorum & rationes rejicit.
Nam si legitima jure naturali filiis debe-
tur, neque impii, ingrati aut spurii ex-
cludi possent, quod illorum nemo ad-
mittet. Item nec minui posset, nec augeri;
quandoquidem Juris naturalis præcepta
immutabilia sunt. l. Iur. sang. ff. de reg. Iur.

Iam verò non tantum minuitur legitima, & tollitur aliquando, sed in Aragoniæ regno lege permittitur exhæredatio sine causa, datus exiguis alimentis. Potuit enim id fieri, *inquit Card. Lugo*, ad continendos filios in obedientia parentum, & comprehendam illorum insolentiam, qua suo iure bona paterna sibi promittentes de eorum mandatis parum curabant. Ex his ergo manifestè sequitur legitimam filiorum iure certam quotam bonorum non iure naturali, sed supposita rerum divisione ad summum iure gentium constitutam esse, ut parentibus filii succederent in bonis relictis. Illud verò ratio & lex naturalis præcipit parentibus, ut quamdiu non possint sibi ipsi comparare alimenta, parentes suppeditent.

Neque aliud citatæ leges & testimonia evincunt, quam naturæ inclinatione & affectu genitores propendere ad bonam educationem, & prolixi sustentationem: eodemque fine, & propter continuationem in eadem familia possessionis à Mose præcipitur *Levit. 25*, ut hæreditatio iure in filios derivetur hæreditas. Dici etiam potest cum *Lugo* legitimam esse iuris naturalis fundamentaliter; unde prædicta inclinatio, & commune parentum votum oritur. *Schneidewin l. 2. Inſtit. tt. 18. §. sed hec Vasq. c. 4. & 6. Lugo D. 24. S. 8. §. 2. Thalos. l. 42. c. 5. Franc. de Porcellinis de confess. Invent. c. 5. num. 40. Fachina. l. 4. c. 32.*

DVB. 7. An hæreditatem amittat, qui testatorem à quo institutus est, occidit?

R. Aff. argumento *l. Indignum ff. de his, quibus ut indignis &c.* Nam ibi indignum esse hæreditate decernitur, qui comprobatus est id egisse, ut per negligentiam,

& culpam suam mulier, à qua hæres institutus erat moreretur. Vnde colligitur, multò magis privandos hæreditate eos, qui non per negligentiam sed destinata malitia mortem testatori suo inferunt. Quod ulterius probatur ex *l. ult. ff. de bonis damnator*. ubi cùm patris sui iussu filia veneno iustulisset, eum, à quo instituta hæres erat, fisco inter endam esse hæreditatem definitur. Si autem contingat non unum, sed plures hæredes esse, interfectoris potius non accrescer alii innocentibus, sed ad fiscum defeteretur. Neque contrariū colligitur ex *l. 2. §. fratriis ff. si quis aliquam testari prohibuerit*, ut maior Interpretum pars opinatur. *Molina Disp. 178.* Excipe nisi testator accepto vulnere ex quo perire, ignoverit occisoris, & relinquit institutum, vel etiam de novo hæredem declarat. Tunc enim Fisco excluso hæreditatem retinebit. *Arg l. ult. C. de revocan. donat. obl.* idem de donationibus constituitur. *Baldafon. Gomez & alii.*

Quid verò, *inquis*, si Patrem filius occiderit, aut è convertlo filium Pater, an partim modo hæreditatem amittent? Dicendum amittere, ut magis indignos successione, & magis dignos privatione hæreditatis delatae: adeoque Fisco deberi bona ipsis assignata. Leges enim indifferenter loquuntur, nec ulla ratio occurrit, quæ parricidas excipiat.

Alium casum *Molina* singit. Caius uxorem suam occidit, ex qua filium habet superitem, qui idcirco matri hæres est: sed non multo post moritur. Nunquid illi Pater in prædictis Matris bonis succedit? Negat ex communi *DD. Sententia Bartol. Ius. & meritò*, quia ipsis delicto effectum est; ut eiusmodi ad se tandem bona devenerint,

nient, quæ in pœnam commissi Fiscus si-
bi vendicat iuxta l. *Lucius ff. de iure fiscis.* &
l. *Cum ratio. §. ul ff. de bon. damnator.* Et
ficiudicatum esse in Salmanticensi & Bri-
xieni Curia refert *Anto. Gomez apud Mol-*
linam allegatus Disp. 187. qui addit, eum
quoque hæreditatee privati & successione,
qui auëtores cædis cum possit, non perle-
quitur, & publica auëtoritate curat puni-
ti. Ingratus enim, adeoque indignus esse
presumitur, qui illius substantia, & bonis
stuaratur, cuius iniuriæ vindicandæ nullo
senso tanguntur. Excusari autem poterit, si
suis rebus magnum ex tali punitione dam-
num immineat.

DVB. 8. Vtrum hæres qui testatoris u-
zorem violavit, hæreditatem amittat filio
damnata.

R. Delicti species tali castigatione dig-
nissima videtur. Quid enim tam fœda, &
impudenti compensatione turpis? non
est tamcæquè facile id certis legibus pro-
bare. *Glo. in l. Sororem C. de his quibus ut*
indignis afferent citat l. 3. §. ult. iuncta l. se-
quent. & l. ex parte ff de admendis legatis;
sed nihil tale ex illis legibus, imò contri-
arium potius colligi putant, quicquid sit de
legatis, ut *Molina l. 1. de primog. c. 9. cum*
alii testatur. Neque si in Castellæ regno
ita sancitum est, teste *Grego. Lopez,* alii
provinciis attribui potest.

Restat ergo, ut ad statuta specialia re-
curramus, usum, & praxin consulamus:
quod multò consilios, quam eiusmodi
pœnas absque certa lege ad casum præter-
missum extenderet. Mollienda potius,
quam exasperanda sunt pœnae. l. *Interpre-*
tatione ff. de pœnis. Et benignior interpre-
tatio commendatur. c. *In pœnis de Rog. Iur.*
in 6 ubi Dynus, Canis. Peckius, & alii. Li-

mita, si ex tali benignitate aliis præjudi-
cium, aut grave malum meritò timere-
tur.

DVB. 9. An legatum pro puellis matri-
monio iungendis applicari possit illis, quæ
religionem ingrediuntur?

R. Quando legatum est certæ ac deter-
minata personæ, non potest, nisi illi sive
nubat, sive religionem intrer, relinqui. Ita
communiter DD. sentire affirmat *Sanchez*
l. 1. de Matrim. Disp. 33. nn 29. Nam ex pio
affectione testantis præsumptio est, si ita puel-
lam scivisset dispositam esse, multò maxi-
mè adiutam voluisse. §. sed & hoc præsentia.
Auth. de Sancti episc collat. 9. & auth. Nisi
rogati. C. ad S. C. Trebellian.

R. 2. Quando legatum indefinite re-
lictum est pro Virginum matrimonio, nō
potest ingredientibus religionem tribui,
sed in propriâ, & specificâ formâ complé-
dum est. Cestat enim hic præsumptio, de
qua in prima *Respons. diximus.* Nec suf-
fragatur. Auth. supra allegata, quia à iure
communi exorbitat: adeoque non debet
extendi ad casus in illa non expressos. Ex-
primuntur autem non incertæ personæ,
sed certæ, & determinata dum ita dicit.
Sive reliquerit suis liberis. sive alii cuicun-
que personæ. Non desunt tamen, qui con-
trarium sentiant mandatum si id è inter-
pretandum, legatum verò latè dicitan-
tes, præsettum, quia ingressus Religionis
Spirituale quoddam matrimonium est, &
verba citatae Auth. ablique violentia ex-
tendi possunt. *Silv. V. Legatum l. Q. 9.*
Vasq. c. 8. §. 2. D. 5. Mol. D. 207. Lud. Lo-
pez Par. 2. c. 36. Card. Lugo D. 24. S. 11.
n. 293.

DVB. 10. An sicut uno hærede defi-
ciente aliis cohæredibus accrescit illius

Xx 3 portio?

5. XI. SATISFIT DVBIIS

portio, ita in legatis quoque faciendum sit?

Legata vel coniunctim vel disiunctim assignantur. Coniunctim tripliciter. Legatarii enim vel coniunguntur re tantum, ut si idem fundus tribus legetur. Lego tibi Petre, tibi Paule, & tibi Iacobus, agrum meum Pisaniū: vel coniunguntur verbis tantum Titio, & Caio fundū meū Syllanū ex quis portionibus lego: vel re, & verbis simul, quando una oratione una res pluribus assignatur, non designatis partibus. V. gr. Caio & Mutio domum meam lego. His praeoratis seqq. Regulae notandas sunt.

Prima. Quando legata dividim assignata sunt, sua singulis parte constituta, uno deficiente, vel quia acceptare non potest, vel quia non vult, aliis collegataris non accrescit, sed heredi traditur, qui defunctum representat. Nam haec presumunt mens fuisse testatoris. *Glo. in V. secundum de leg. l. 2. Institut.*

Secunda. Legatum pluribus relictum coniunctim verbis & re simul, vel coniunctim verbis tantum, inter legatarios & equaliter dividendum est. *I. Vnicam §. ubi autem legatarii C. de cadu. tollend. in coniunctis tantum ab initio legatum non dividitur, sed ad instantiam huius vel illius. Vno repudiante alter in solidum habebit, non iure accrescendi, sed iure suo, scilicet non diminuendi, vel non decreendi.*

Tertia. Inter coniunctos si unus rem legatam non acceptet, vel acceptatam dimittat, non cedit heredi, sed aliis collegataris *§. si ead. res. Inst. de legat. l. un. §. ubi autem C. de cadu. toll.* Et quando concurrent coniuncti verbis, & re simul, cum

coniunctis re tantum, vel verbis tantum, preferuntur magis coniuncti, id est, re & verbis. Deinde admittuntur simul, quis tantum, & verbis tantum coniuncti sunt. *Glo. V. ut ipse & DD. in l. de coniunctis. C. de cadu tollend.*

Nota. Legatum deficit non tantum defectu voluntatis in legatio, sed insuper, si vivo testatore moriatur legatarius, vel res legata non sit in rerum natura. Item, si mihi & postumo fuerit relictum, hic vero per abortum concidat. Denique si res legata non est in commercio hominum, nec mutata dominum potest: quo de genere sunt res sacrae, & publicae, de quibus in *9. §. 1. num. 11. intelliges vendi non posse. Glo. in V. defecerit Institut. de legat. Azo in sum. l. 6. §. 38. Bart. in l. Re coniuncti C. de cadu. tollend. Angelus V. Legatum. §. 1. num. 27 Schneiderinus l. 2. Institut. 20. Silvest. V. Legatum. §. 1. nu. 21. Card. Lugo Disp. 24. Sect. Treutler. Par. 2. Disp. 13. n. 4.*

DVB. II. Ad negligentia & procrastinatio executorum anima defunctori oblitus. *Petr. Navarrus l. 3. de rest. c. 4. n. 169. quando testator ipse nihil definivit certi, sed heredi, vel commissariis reliquit disponendum, illi vero cunctantur, moram illam anima defunctori quoad meritum nocere. Putat Angelus vero plenus fide executorem qui defunctori debita non solvit, peccare, & nocere defuncto confirmat ex Minorum Chronicis, ubi quidam in purgatorio detenus tam diu scribitur, donec esset satisfactum creditoribus. Et favere videtur c. in literis de raptoribus, ubi Alexand. III. Claromontensi Episcopo mandat, ut cuiusdam incendiarii qui pœnitens decesserat, heredes moneat & com.*

pellat, ut per ipsum lassis ac damnificatis iuxta facultates suas condigne satisfaciant, ut sic à peccato valeat liberari. Ex quibus verbis Barb. infert. Ergo defundus à peccato non liberatur, si eius hæredes omittant, vel negligant restituere. Mox corrigen se, ait Communiter tamens resoluunt DD. defunctum, qui re futuram hæredibus reliquit facienda, non teneri propter moram illorum in Purgatorio. Sed hæc nihil ad literam, & textum. *Navarrus autem in Man. c. 17. num. 68* mendum agnoscit, & legi vult non, *Vi à peccato valeat, sed valeant liberi, hæredes nimis*, qui quamdiu culpabiliter omittunt restituere, & satisfacere peccant. Addit *Vivaldus in Candela. cur. ii. de Purgato. n. 16*. Si locus ille de defuncto intelligendus esset, potius loquetur in generali, dicendo, ut à peccatis valeat liberari, quam in particulari. *A peccato*. Deinde esset impropria locutio, cum supponatur defunctus per pœnitentiam ante mortem à peccatis liberatus, maneatque solum pœna obnoxius. Hanc expositionem divinatioriam vocat. *P. Navarr. c. 4. dñest num. 75*, approbat rāmen *Lud. Lopez Carlo, Spino, Carillo, & Sazrus* *c. 10. n. 1. c. 2.* quibus subscribere nihil absurdum continet. Pro maio. notitia.

R. 1. Peccatum negligere restitutio nisi ab hærede, vel executore, non potest nocere defuncto, qui iussit restituere: quia inde ipsi involuntarium est, ut contrarium sermō mandaverit. Neque dici potest, restitucionem faciendam opus satisfactio nis esse respectu defuncti, quia necessaria est, non ut pœnam minuat, sed peccatum cessare faciat, in quo morosè hæret non restituens. Non ergo patitur detri-

mentum ex tali mora, quoniam mandans restitutionē fecit, quod potuit. *Angel. V. Executor. num. 23. Silv. V. Testam. II. Q. 6. Armilla. V. Executor num. 16. Tabiena eod. Anton. Par. 3. II. 10. c. 3. Bellarm. I. 2. de Purgat. c. 16.*

R. 2. Si hæres, vel executor differat latigii eleemosynas, vel oblationem Sacrificii à defuncto imperatam, nocent ipsi, non quidem quoad meritum, sed quoad satisfactionem pro pœnis in quibus detinetur. Meritum enim cum vita terminatur, nec post eam operari quod prostrat salutem vel obsit quisquam potest. *s. Tho. in 3. dist. 18. art. 2.* At satisfactionis, & suffragiorum defectus vel retardatio plurimum nocere potest, dum subtrahitur medium, quo pœna consiliata tolleretur aut minueretur. Eleemosyna enim mundat peccata, & interpellat pro nob. ad Dominum. *S. August. serm. de divite. S. Thom. quodl. 6. ar. 13. Soto. I. 4. Dist. 45 q. 2. art. 4. Richard ibid. Gabr. lett. 25. in Can. Ang. Silv. & alii summisse.* Qui vero meritum & demeritum animabus defunctorum tribuant, cum vulgo sentiunt, & linguam loquuntur, quam non noverunt. Deserendi propter ea vel, si spes emendationis, inserviendi, & corrigendi sunt. *V. Habr. Vasquez in 12. Disp. 216. nn. 36. §. Hoc ipsum quod diximus. Fagund. in Prat. 2. Eccl. 9. c. 2. n. 8 & 9.*

DVB. 12. Quid Episcopus possit circa ultimas voluntates, an mutare, diffire, si ove modo variare?

Franco. Zypaus in Anclyt. Enarr. I. 2. n. de fo comp. n. 5. refert in Erabantia ecclesiasticos Iudices cognoscere de tribus materiis planè civilibus, & inter personas sacerdotiales, videlicet de validitate, &

javali-

§. XII. SATISFIT DVBIIS.

352

invalidum testamentorum, contractum antenuptialium, & de bonis amortizatis, id est, quæ à iurisdictione seculari per principem exempta sunt. Igitur si quis petit testamentum, contractum dotalium, vel antenuptiale validum, vel invalidum declarari, & effectum sortiri debere, poterit ad hoc coram iudice ecclesiastico concludere, & is de eo inter quoscunque litigantes cognosceret: ut & de his, sine quibus cause huiusmodi expediti non possunt, & poterit sententiam suam per celuras exequi, vel per iudicis secularis requisitionem, cogendo scilicet conformare se testamento eiusque executioni quantum ad heredis institutionem, valoremque legatorum cognoscendum specat. Ita Zypaus de peculiari iure, quod pii Duces in Brabantia sacris præsulibus ex liberali benignitate concederunt, pro aliis ius commune adeundum. Igitur.

R. Generatim loquendo, cum magna necessitas est, episcopus testatoris dispositionem mutare saltem ad tempus, & pecuniam convertere in alium usum potest. Ratio est, quia præsumi potest in tali causa non esse consensum testatoris, qui nihil aliud in testamento suo, & piis legatis intendit, quam honorem DEI, & bonum Ecclesiæ promovere, subiiciendo voluntatem suam Ecclesiæ præpositis, qui communes patroni & executores piarum voluntatum sunt. Vnde sequitur 1. si testator reliquisset certam pecuniæ summam pro anniversario celebrando in ecclesia S. Petri; illa autem reparatione indigeret, alia que media decessent, de licentia episcopi pecuniam illam ad tempus applicari posse, & converti in reparationem ecclesiæ. Ita Guili. Bened. in c. Raynntius de testam.

§. Reliquit n. 29. ubi allegat etiam Io. Andreum, addens, sic Tholozæ practitatum esse. Felin. in c. cum accessisset de Conf. n. 19. tradit episcopum ex iusta causa altere conferre beneficium posse, quam institutum est, dummodo consensus patroni accedat: Imo si repugnet, etiam invito illo comutari posse. Comitulus l. 7. Q. 9. Laym. in Defens iusta c. 4. p. 177. 2. Si testator reliquerit pecuniam præ novo opere in ecclesia faciendo V. g. novo sacello, ubi multa & sufficientia sunt, ut minor novi sacelli necessitas, quam veteris templi restaurandi sit, cum episcopi consensu ad reparationem templi pecuniam convertire licet. 3. Idem fieri potest, si quis voluisse novum monasterium erigi in civitate, in qua multa, & ruina forent, pro quorum reparatione deesset pecunia. Tunc enim respiciendo finem testatoris merito præsumitur hanc illius mentem, & intentionem fuisse; nisi forte credimus plus merito ex novo construendo, quam veteribus conservandis sperari posse. Covar. c. Tu a de testam. n. 7. ubi disertè. Auctoritate episcopi potest pecunia à testatoro reliqua in certum usum pium, expendi in alium itidem usum pium, magis Reip. Christianæ, ac religioni necessarium, cui necessitatibus aliundē subveniri nequit absque maxima difficultate. 4. Quando pium legatum impleri non potest, Episcopo licet mutare in aliud, sicut ratio & pietas suaserit: idem dicendum, si quidem impleri posset, sed cum magna difficultate. Nam quæ eiusmodi sit, impossibilibus annumerantur, Sylv. V. Legatum 4. Q. 12. Armil. Tab. Et alii summista. Felin. consil. 42. Ananias c. Nos de testam. n. 4. Sanch. l. 4. Cons. c. 2. D. 5. Plerique tamē volunt,

volut, ut in eiusmodi casibus hæredis, & legatarii consensus requiratur. Initiatè negotiis nihilominus efficit Episcopus. Denique addunt in particulari, etiam si pro calice emendo aliove sacro instrumento legata pecunia esset, in opus magis necessarium converti posse. Bart. I. fin. de oper. publ. Silv. & al. loc. cit. Covar. in c. Tha. n. 12. de testam. Emm. Sa. V. Testa-

mentum num. 33. Ioan. Molanus Tract. de Testam. piis c. 72. Comitol. I. 7. Qu. 9. Layman. I. 3. Tract. 5. c. 11. Q. 4. num. 11. Angel. V. Legatum. §. 2. num. 12. & 13. Argilla eod. num. 54. & 55. Emm. Sa. num. 2. & 3. Layman in defens. iusta. Q. 2. preamb. p. 23.

TITULUS V.

De Sepulturis.

POstquam hinc decedentes longum securis Vale diximus, domum & territatis anima subeunte, corpus exanimē communis Mater nostra humili cala excipit, quam utope tenebrosam, & nulla pulchritudinis specie insignem sepulchrum, & Sepulturam appellamus. Cuius quanta olim fidelibus cura fuerit. Sacra nobis literæ indicant. Gen. 23. Exo. 13. Deuter. ult. Tob. 1. & 2. 2. Reg. 2. & II. Matth. 26. Quam autem Christi Ecclesia sollicitudinem pro defunctorum corporibus gerat, & omnibus commendet, ex Sactis Canonibus liquet 13. Q. 2. 1 3. Deuter. ult. de sepulturis & 16. eod. Evidem contemnere humilitatis studio licet cuiilibet, exemplo Papæ Marcellini, & Arbogasti Argentinensium episcopi, quorum ille omnino respuit, hic verò penè patibulum condi voluit; Ecclesia tamen in humata iacere creditum corpora non patitur, sed honorifice condit: nec minus solliciti morientes, quid quo modo fieri desiderent, testamento inferunt. De

quo quia quæ necessaria videbantur, at tulimus: hanc de sepulturis veluti mantis addemus.

§. I.

De Loco Sepulturae.

I. **D**ebus potissimum modis Sepulturæ nomen Canonum Sacrorum Interpretates usurpant. Primo enim locum ipsum, si ve terra sit, sive tumba aliqua, arca, vel Vrna, Sepulcrum appellant Secundò ius ipsum, quod Ecclesiæ præpositi perentibus pro se suisque tribuere solet, ut extra, vel intra ecclesiam certis limitibus circumscripsum locum, seu repositorum habeant. Quod locum attinet (de iure enim postea Sermo erit) is ab Episcopo diligendus, atque dedicandus est, ut pro religioso habeatur. Neque enim ethnicorum consuetudo probanda viva est, quibus religiosus efficiebatur locus in quemcunque mortuus illatus esset,

Yy quemad